Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0001-0

109

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0002-5

Dbl. M. S.

V 5198

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0003-1

DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0004-7

l. M. S.

198

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0005-2

DFG

Dv 3182

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0006-8
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0007-4
DFG

D6C

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0008-9

# SYNOPSIS MEDICA
*SUPER*
# PHARMACOPOEIAM AUGUSTANAM
*PRO*

Præcipuis humani Corporis Affectibus Alphabetico Ordine, quantùm fieri potuit, accommodata; non ſolùm Artis Apollineæ Studioſis & Initiatis per quàm utilis, ac neceſſaria, verùm etiam omnibus praxin Medicam aggredientibus ſummè proficua; cui acceſſit Magni Hippocratis Coi

## JUSJURANDUM.

*Studio & Impenſis*

PHILIPPI JACOBI SCHENFELDER,
Friſingenſis Philoſophiæ & Saluberrimæ Medicinæ Doctoris ac Phyſici Ingolſtadienſis Ordinarij.

*INGOLSTADIJ.*

Typis, Joannis Philippi Zinck. Typog. Acad.
Anno M. DC. LXXVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0009-8
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0010-9

*REVERENDISSIMO, PRÆNOBILI ET AMPLISSIMO DOMINO DOMINO*

# WOLFGANGO SIGISMUNDO à SANDICELL.

REVERENDISSIMI ET SERENISSIMI PRINCIPIS AC EPISCOPI FRISINGENSIS ET RATISBONENSIS &c. CONSILIARIO ECCLESIASTICO, Ejusdémque Cathedralis Eccleſiæ Canonico & Theſaurario. &c.

*Domino ac Patrono ſuo Gratioſo.*

ANtiquiſſimo jam uſu receptum eſt, Rev.me Prænob: ac Ampliſſime Domine Gratioſe, ut quisquis aliquod opus typis mandare cogi-

tat, de potenti priùs Patrono ſibi proſpiciat, ſub cujus præſidioac Nomine tanquam ſub ſcuto ſecurè prodeat in publicum.

Mihi exiguum hoc opuſculum in lucem edere meditanti non diu circumſpiciendum fuit de Patrono: ſiquidem inter reliquos TU longè eminebas, nec poteras ſine injuria ulli alteri à me poſtponi. Omitto hoc loco recenſere diverſos titulos, quibus TIBI præcipuè obſtringor. Nôſti optimè Rev[me] Prænobilis, ac Ampliſſime Domine, quot & quanta in me immerentem contuleris beneficia.

Re-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0012-1 DFG

Recolui illa hactenus animô conſtanter gratiſſimô : Nec tamen licuit per meam tenuitatem dare unquam aliquod ſpecimen. Et quanquam ne quidem modò aliquid mihi ſuppetat tuis meritis condignum, quia tamen perſpectam habeo inſignem animi tui modeſtiam & prudentiam, quæ etiam exigua & abjecta non dedignatur, & potiùs ſuorum Clientum affectum, quàm Cenſum ſolet æſtimare, ideò, poſtquam per alias occupationes tantum ſpatij nactus ſum, ut ad commune bonum, hunc libellum conſcriberem, non vereor illum



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0013-6

TIBI totum conſecrare certa ſpe fretus, futurum ut probes, & acceptum habeas, ſi non ipſum munus, quod eſt tenue, ſaltem certè meum deferentis animum gratiſſimum, & tuis obſequijs addictiſſimum. Quinimò etiam huic libello non parum ponderis ac pretij accedet, ſi illud, ut ſpero, lubens admiſeris. Deus Ter Optimus Maximus Reverendiſſimam Præ-Nobilem, ac Ampliſſimam D. T. unà cum Nobiliſſima ac Antiquiſſima Tua Domo diutiſſimè ſervet incolumem, atque etiam majoribus identidem augeat Incrementis, Idque ad Dei

in-

inprimis Majorem Gloriam, totius Patriæ Incrementum ac Ornamentum, nec non tuorum Clientum ſolatium, inter quos ego quidem minimus, ſed tamen fideliſſimus, ac devotiſſimus TIBI, conſtanter vivam & moriar. Ingolſtadij Idibus Aprilis Anno 1677.

Rev.<sup>mæ</sup> Prænob. ac Ampl.<sup>mæ</sup>
*D. T.*

Obſtrictiſſimus ac Devotiſſimus
Servus

Philippus Jacobus Schenfelder,
Philoſoph. & Medic. Doctor.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0015-8

# Ad Benevolum Lectorem.

*IN rebus humanis nil carius aut pretioſius eſt Vitâ, ſine qua eripitur nobis reliquorum omnium Bonorum temporaneorum Vſura, ut adeò Vita ſit totius felicitatis caducæ Baſis & Fundamentum. Quinimò eadem nobis neceſſaria eſt ad conſequendum Bona illa perpetua & æterna. Hoc tantum Bonum tuetur Medicina, quæ omnibus Sapientibus in ſummo ſemper pretio fuit. Hinc eſt, quod Sacra Pagina monet, ac præcipit, ut Medicum honoremus. Hæc cauſa fuit, quæ me induxit, ut ad commune Bonum Colligerem ad imitationem & normam Diſpenſatorij Auguſtani diverſa remedia ex varijs Authoribus in Diſpenſatorio ſignatis (quorum Nomina & Cognomina ſequens Elenchus demonſtrabit) pro præci-*

*puis humani corporis affectibus, quæ unicuique in promptu eſſent. In eundem finem adhibui eam diſpoſitionem, ac methodum Alphabeticam, ut pronum ac facile ſit reperire ſingulas morborum ſpecies, eisdémque ſubjuncta opportuna remedia.*

*Cæterùm illud monitum velim Benevolum Lectorem, me hoc qualiquali labore potiſſimùm voluiſſe conſulere Medicinæ Tyronibus & Candidatis, quibus, utpote adhuc in arte Medica minùs verſatis, non ſemper occurrunt morborum remedia, neque etiam ſemper ſuppetunt majora volumina, quæ poſſint pervolvere.*

*Quanquam etiam aliis poterit inſervire hæc brevis Synopſis & variorum pharmacorum Officina, præſertim quando pluribus negotiis aut infirmorum multitudine occupati non habent ſpatium, ut ipſos Medicorum Principes uti Hippocratem, Galenum, Avicennam, aut alios Practicos magnos ut Petrum Foreſtum, Ludovicum Mercatum, Felicem Platerum, Danielem Sennertum &c. poſſint inſpicere.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0017-9

*Vltimò tandem adhuc monitum volo Benevolum Lectorém, hac ipſa remedia, quæ in hoc libello continentur, præſertim Cathartica & Narcotica non temerè aut promiſcuè, ſed cum maxima cautela non & niſi Medicorum conſilio, atque habitâ tum ipſius temperamenti, tum vehementiæ morbi, ac reliquorum Symptomatum ratione eſſe adhibenda in certâ doſi, pondere & menſura, quod in omnibus univerſim remedijs eſt obſervandum. En habes amice Lector, hujusce Libelli rationem, qui, ſi tibi arriſerit, efficiet fortaſſis, ut tuis commodis me etiam deinceps impendam. Errata, quæ ſubinde occurrent, benevolus condona Authori properanti & alijs identidem negotijs occupato.*

## Elenchus Authorum Præcipuorum, quorum in Diſpenſatorio Auguſtano mentio fit.

### *A.*

Haly Abbas
Paulus Ægineta.

Geor-

Georgius Agricola
Aggrippa Rex
Julius Alexandrinus.
Alkindus
Donatus Antonius Altimarus
Jo. Guintherus Andernacus.
Andromachus Neronis
Medicus.
Antæus.
Petrus Apponenſis.
Hieronym. Fabritius Aquapendens
Avicenna.
Azaravius.

## B.

Marcus Banzerus.
Fabricius Barzonius
Joannes Beguinus
Aloyſius Bellocartus.
Alexander Benedictus
Birckmannus.
Antonius Boxbarterus
Joan. Georgius Brenggerus.

## C.

Guido de Cauliaco.
Tobias Cneulinus.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0019-4

Valerius Cordus.
Marcus Cornachinus.
Coudenbergius.
Ioannes Crato.
Oſvvaldus Crollius
*D.*
Joannes Damaſcenus.
Damocrates.
Emanuel Didymus.
Pedacius Dioſcorides.
Rembertus Dodonæus.
Tobias Dorncreilius
*F.*
Benedictus Faventinus.
Ioannes Fernelius.
Alphonſus Ferrius
Tobias Fiſcherus,
Nicolaus Florentinus.
Florenzola.
Anutius Foëſius
Petrus Foreſtus
Hieronymus Fracaſtorius.
Leonardus Fuchſius.
G.
Claudius Galenus
Achilles Piramander Gaſſerus

Gentilis Fulginatis.
Gereon.
Conradus Geſnerus.
Bernardus Gordonius.
Ioannes Matthæus de Gradibus.
Caſparus Guttmannus.

*H.*

Adamus Hebichius.
Helideus de Paduanis.
Georgius Heniſchius.
Heniſius.
Ioannes Heurnius.
Philippus Hôchſtetterus
Martinus Holtzaphelius.

*I.*

Paulus Ieniſchius.
Ferdinandus Imperator.
Maximilianus Imperator primus.
Laurentius Ioubertus
Julianus.
Ambroſius Jung Senior.

*L.*

Andreas Layus.
Joannes Langius.
Scribonius Largus.
Amatus Luſitanus.

## M.

| | |
|---|---|
| Joannes | Manardus. |
| Jacobus de | Manlijs. |
| Nicolaus | Maſſa. |
| Petrus Andreas | Matthiolus. |
| Georgius | Melichius |
| Philippus | Menzelius. |
| Hieronymus | Mercurialis. |
| Thomas | Mermannus. |
| Joannes | Meſue. |
| Raymundus | Mindererus. |

Mithridates Ponti & Bithyniæ Rex

| | |
|---|---|
| | Moibanus. |
| Bartholomæus | Montagnana |
| Joan. Baptiſta | Montanus. |
| Hadrianus à | Mynſicht. |
| Nicolaus | Myrepſus. |

## N.

Noribergenſes. DD.

## O.

| | |
|---|---|
| Adolphus | Occo. |

## P.

Pachius.

Aureolus Theophraſtus Paracelſus.

| | |
|---|---|
| Alexius | Pedemontanus. |
| Tiberus | Phialettus. |
| Licius | Philagrius. |

Felix Platerus
Nicolaus Præpoſitus,

Q.

Ioſephus Quercetanus.

R.

Leonhardus Rauvvolff.
Ioannes Renodæus.
Hieronymus Reuſnerus
Paulus Ricius.
Octavianus Roboretus.
Guilhelmus Rondeletius
Ruffus.
Vdalricus Rumlerus.

S.

Angelus Sala.
Salomon.
Sapor Rex Medorum.
à quo captus eſt Valerianus Imperator.
Ioannes Iacobus Schiſslerus.
Vrbanus Schlegelius.
Daniel Sennertus.
Reinerus Solenander.
Stockſtaldus.

T.

Ioannes Tanmûllerus.
Andreas Tenzelius.
Alexander Trallianus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0023-2

## V.

Guilielmus de Varignana.
David Verbezius.
Ioannes â Vigo.

## VV.

de VVarvvig, Comes.
Cyriacus VVeberus.
Carolus VVidemannus.

*NOBILI EXCELLENTISSIMO ET CLARISSIMO VIRO*

# D. PHILIPPO JACOBO SCHENFELDER

Philoſophiæ & Medicinæ Doctori, nec non Phyſico Civitatis Ingolſtadienſis Ordinario, Sinopſin medicam ſuper diſpenſatorium Auguſtanum pro bono publico publicè edenti.

HErculeum nuper docuiſti noſcere morbum,
Tantáque queîs mediis ſit circuranda fera.
Sat fuit huic uni potuiſſe arma obvia monſtro,
Quod potuit multæ cauſa fuiſſe necis.
At nunc oppugnas plenam cruciatibus Hydram
Morborum quotquot ſacra Hygiéa domat.
Nam quæ per multos latitant diſperſa libellos
Auxilia, hæc docto das ſociata libro.

Hæc in amicitiæ teſſeram gratulabundus appoſuit.

JOANNES PETRUS WILHELMI
Med. Doct. & Elector Præſid, Ingol. Phyſic.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0024-8
DFG

# A.

## AD ABSCESSUS ET APOSTEMATA.

ABSCESSUS Zeitig Geſchwär/ eſt puris ſeu alterius materiæ in partis alicujus cavitate collectio: *Apoſtema verò tumor eſt*, ein Apoſtem/ qui ſuppuratur.

Antimonium diaphoreticum: *valdè commendatur ad interiora Apoſtemata.*

Ceratum diadictamnum Galeni, Oeſypi Meſuæ & Philagrij: *Proſunt ad abſceſſus, crudósq; maturant.*

Diachyla omnia: *inveteratos abſceſsus diſſolvunt, & ſaniem ruptorum Apoſtematum abſtergunt.*

Emplaſtrum Apoſtolorum: *Ad abſceſſus frigidos & diuturnos, purgando, rumpendo & glutinando efficax exiſtit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0025-3

Mithridatium Damocratis: *Abſceſſibus benefacit.*

Oleum ſeminis Lini: *Sedis abſceſſus ſedat.*

Oxycroceum com̃une: *ad abſceſſuum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum.*

Pulpa Caſſiæ: *Abſceſſus pectoris & gutturis reſolvit.*

Syrupus è ſucco Hederæ terreſtris: *ad internos Abſceſſus, & ſanioſa ſputa utilis, atque Apoſtemata purulenta mundificat & ſanat.*

de ſucco Scabioſæ: *Apoſtemata diſſolvit & repurgat.*

## ABORTUI.

*ABORTUS*, Unzeitige Geburt / eſt immaturi fœtûs excluſio.

Balſamum Embryonum: *datur fœminis, quæ ſæpiùs abortum paſſæ ſunt, infirmum fœtum roborando.*

Pulvis contra Abortum: *datur ad præcavendum abortum ex ovo ſorbili, vel ex vino odorifero, idq́ non unâ tantùm*

*vice,*

*vice, ſed ſæpiùs pondere ſcrupuli dimidij vel unius.*

Vnguentum Comitiſſæ: *ad Abortum prohibendum concinnatum à Varignana.*

## Affectibus bilioſis in genere.

Electuarium diaprunis ſolutivum: *confert morbis à bile genitis, in febribus tamen, maximè continuis ab ejus uſu deſiſtendum.*

Roſatum Meſuæ: *Cholagogum hoc ſalubre eſt bilioſis affectibus.*

è ſucco Roſarum: *ad omnes affectus, in quibus bilis flava redundat, aut bilioſi ichores, efficax exiſtit.*

## Affectibus pituitoſis proſunt.

Decoctum aperitivum majus cum Rhabarbaro: *morbis omnibus præſertim pituitoſis convenit.*

Electuarium diacarthami: *ad omnes affectus e mixta cum bile pituita provenientes efficax.*

Elixir vitæ Mathioli: *ad omnes frigidos affectus medicamentum magnoperè commendandum exiſtit.*

Extractum Phlegmagogum: *morbis omnibus pituitoſis convenit.*

Oxymel Elleboratum Iuliani: *præcipua ejus vis in omnibus ferè morbis à phlegmate dependentibus.*

Pilulæ de Colocynthide & Sarcocolla: *pituitoſis affectibus plurimùm commodant.*

Syrupus de Epithymo: *eo utimur in affectibus & humoribus pituitoſis.*

## Affectibus Melancholicis conducunt.

Decoctum Senæ Gereonis: *Affectibus melancholicis idoneum.*

Syrupus de Epithymo & è Pomis Regis Sapor: *ijs utimur ad omnes affectus melancholicos.*

## ALOPECIÆ.

*ALOPECIA*, Das Haar außfallen/Capillorum defluvium eſt, propter vi-

tiatos humores, ſic à Galeno appellata, eò quòd Vulpibus frequenter accidat.

Oleum Abrotani: *Adhibetur ad producendos pilos, & in eorum defluvio cum Ladano & Urſi pinguedine glabris locis illinitur.*

Coſtinum: *Capillos tenaciùs affigit.*

ex Euphorbio: *Alopecias & capillorum defluvia ſanat.*

Myrtillorum: *Capillos retinet, eorúmque defluvium ſiſtit, adjecto præſertim Ladano.*

Laurinum: *Ophiaſin & Alopeciam delet.*

è Vitellis Ovorum: *Pilos auget.*

*Ophiaſis* eſt affectus capitis, quo capilli primùm extenuantur; deinde decidunt in certis ſpatijs & capitis ſedibus, in ſerpentis ſimilitudinem.

## Alvum ſubducunt & ventrem lubricant.

Acetum ſcilliticum: *ſumpto hoc aceto alvus omnino lubrica erit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0029-9

Aniſum ſolutivum: *hoc medicamento plurimi adſtricta alvo laborantes ad eã facilitandam ante cibum utuntur.*

Diacaſſia cum Manna: *medicamentum leniens mite & ſuave confert ijs, qui duriore ſunt alvo, leniter enim hanc ſubducit.*

Electuarium Diaprunis ſimplex: *eaſdem vires obtinet, quas pulpa prunorum.*

Hieræ Picræ Galeni: *utiliter exhibetur ijs, qui alvo ſunt adſtrictâ.*

Vitæ Arnoldi de villa nova: *juſto modo præparatum alvum movet.*

Hydromel purgans commune: *datur ijs qui medicamenta cætera reſpuunt, ac interim alvi levatione indigent.*

Oleum Balaninum & Roſatum vulgare: *alvum potu ſolvunt.*

Paſſulæ laxativæ: *adſtrictam alvum leniunt, fæceſq́ diutiùs detentas expellunt.*

Pilulæ de Aloë Roſata & Aureæ: *alvum adſtrictam ſolvunt, & eam citra moleſtiam deijciunt.*

Pulpa Caſſiæ & Prunorum: *alvum blan-*

dè

*dè leniunt, ventrem molliunt, ac alvum facilitant.*

Pulvis ad ſuppoſitoria utérque: *ad alvum ſollicitandam, ac ſedes remorantes evotandas utiles, ſi ex ijs ſolo melle, vitello ovi, ac modico ſale ſuppoſitoria, vulgò* Stuhl-Zäpfl / *conficiantur.*

Syrupus florum Acaciæ: *alvum blandè ſubducit.*

de ſucco Fumariæ ſimplex: *ventrem lubricat.*

de ſucco Mercurialis: *commendatur in Clyſteribus, alvum enim modeſtè ſubducit.*

Rhabarbari ſolutivus: *citra moleſtiam in pueris & delicatulis alvum ſubducit.*

Roſatus & Violatus ſimplex: *alvum molliorem reddunt.*

Roſatus & Violatus ſolutivus ſimplex: *alvum molliunt & modicè ſubducunt.*

## Ad Alvi fluorem commendantur.

Miva Cydoniorum & Diacodion Actuarij: *alviproſluvia efficaciter ſiſtunt.*

Rob Cydoniorum : *alvi profluvjis à calidis & acribus humoribus concitatis utile.*
Ribium : *felleas alvi excretiones ſiſtit.*
Syrupus Cydoniorum ſimplex: *profluvium bilioſum cohibet.*
de Mentha minor: *alvi fluorem retentricis facultatis imbecillitate ſubortum refrænat.*
Roſis ſiccis: *ad omnem alvi fluorem ſiſtend m commendatur.*
Rubo Idæo: *alvum blandè adſtringit.*
Trochiſci de Spodio: *ad alvi fluorem præſtantes ſunt in febribus bilioſis.*
de Terra ſigillata: *alvi profluvia compeſcunt.*

## Ambuſtis medentur.

Oleum Hyperici: *ambuſtis cicatrices ducit.*
è vitellis Ovorum: *ambuſtis valdè utile.*
Sal ſive ſaccharum Saturni: *contra ambuſta remedium utiliſſimum.*
Unguentum è calce: *ambuſta feliciſſimè inter initia percurat.*
Album ſive de Ceruſſa: *commendatur*

ad

*ad ambuſta, præcipuè ubi calor eſt, uſtio & excoriatio.*

Album camphoratum: *ad prædicta valentius propter camphoram.*

## ANGINÆ.

*ANGINÆ* nomen in genere ſumptum omnem faucium & gutturis affectionem ſignificat, den Halß Zäpfl-wehe / hartes ſchlinden vnd Khölſucht / quâ reſpiratio & deglutitio impeditur, nullo exiſtente in pulmone aut thorace vitio.

Oleum Liguſtrinum: *Anginâ laborantibus ſuccurrit.*

Rob Diamoron uſitatum: *in anginæ principio efficax exiſtit.*

Spiritus ſalis Nitri: *pro prohibendâ angina commodiſſimè uſurpatur.*

## CYNANCHI.

*CYNANCHE, eſt inflammatio interiores, propriosque laryngis muſculos occupans.*

Mithridatium Damocratis: *valet ad cynanchen, ſive ſumatur ſive admoveatur.*

# SYNANCHI.

*SYNANCHE*, eſt inflammatio interiorum muſculorum pharyngis.

Rob diacaryon ſeu nucum: *admodum efficax eſt ad ſynanchas, præſertim in pueris, mulieribus, naturíſque humidis.*

## Ani vitijs competunt.

Oleum myrtillorum: *Ani condylomata & rhagades ſanat.*

Nucleorum Perſicorum: *ſedes ab hæmorrhoidibus* von der gulden Ader/ *dolores ac tumores ſedat.*

Seminis Lini: *Ani vitijs mirificè confert.*

Emplaſtrum Apoſtolorum: *uſurpatur ad ſedis vitia condylomata & rimas ani.*

*RHAGADES* Germanis ſchrunden oder riß in dem hindern/ Packen oder Arß-Darm / ſunt ani rugæ intumeſcentes, rimæ ac fiſſuræ ſedis.

*CONDYLOMATA*, Feigen / harte bind! oder knollen am hindern / ſunt intumeſcentes nodi in margine ani orti.

APO-

# APOPLEXIÆ.

*APOPLEXIA*, der Schlag / eſt repentina totius corporis reſolutio, & ablatio ſenſûs & motûs cum principum facultatum læſione.

Aqua cordialis temperata: *apoplecticis commodiſſimè exhibetur.*

Hirundinum compoſita maior & uſitata: *Apoplexiam antevertunt, reprimunt, ac abrumpunt.*

Mirabilis Langij: *eſt mirabilis juvamenti in præſervatione ab Apoplexia.*

Aurea Alexandrina: *apoplecticis auxilio eſt.*

Mithridatium Democratis: *valet ad apoplexiam intùs & extrà.*

Pulvis Marchionis: *prodeſt hic pulvis apoplecticïs humidam cerebri intemperiem corrigendo.*

Species contra Apoplexiam: *paroxyſmos apoplecticos antevertunt.*

Spiritus cephalicus compoſitus: *præſervat ab apoplexia.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0035-9
DFG

Trochiſci Alhandali: *in apoplexia uſurpantur ex pituitoſis & alijs humoribus craſſis.*

## Appetentiam dejectam reſtaurant.

Hiera Logadij Nicolai Myrepſi: *appetitum inſtaurat, ſi in clyſteribus applicetur, raro enim ſuperne exhibetur.*

Mithridatium Damocratis: *appetentiam immutatam reſtituit.*

Oleum Abſinthij & Menthæ: *cibi aviditatem excitant.*

Pilulæ Alephanginæ & ſtomachicæ: *appetentiam inſtaurant, & cruditates abolent.*

Species aromaticæ & de gemmis frigidæ: *appetentiæ collapſæ auxiliantur.*

Syrupus de Abſinthio: *appetentiam dejectam excitat.*

Ceraſorum acidorum, Cydoniorum & Eupatorij Meſuæ: *cibi appetentiam excitant & inſtaurant.*

Trochiſci de Abſinthio: *dejectam appetentiam ſuſcitant, partes naturales omnes roborando.*

Con-

## Contra Appetitum deprauatum ſeu Malaciam prægnantium.

Syrupus de Agreſta & Ceraſis acidis: *prægnantium malaciam*, ſchwangern Frawen ſeltzamer Geluſt / *deijciunt*, & *huic affectui ſingulariter medentur.*

# ARTHRITIDI.

Arthritis, Glidersucht / eſt dolor articulorum per intervalla invadens ab humorum affluxu excitatus.

Emplaſtrum Apoſtolorum: *articulorum ac genuum dolores ſedat.*

Filij Zachariæ: *juncturarum tophos ac nodos duros emollit & diſſolvit.*

Oleum Amygdalarum dulcium: *duritiem omnem ac ſiccitatem articulorum corrigit.*

Anethinum: *articulorum dolores ſublevat.*

Chamæmelinum: *ab initio doloris ſalubre eſt.*

Ex Euphorbio: *profundis articulorum querelis ex alto evocandis laudatiſſimum remedium.*

è gra-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0037-0
DFG

ê Granis Citri: *arthritico dolori ac ſuccedenti tumori conducit.*

Seminis Lini: *viribus proximum chamæmelino & Anethino.*

Vulpinum: *ad articularios affectus præcipuè valet.*

Oxymel Elleboratum & Electuarium Diacahtolicon: *arthriticis proſunt, roborandóque adverſantur.*

Pilulæ arthriticæ: *ad arthriticos dolores, nec non frigidorum humorum in articulos procubitus adhibentur.*

de Colocynthide: *articulorum doloribus proſunt, cautè tamen ijs utendum.*

Euphorbio: *articulorum malis à nimia humiditate profectis conferunt, & non niſi robuſtis exhibendæ.*

Foetidæ Majores: *arthritidi auxiliantur à pituita craſſa, lenta ac tenaci; ſed conſideratè earum uſus ineundus.*

de Hermodactylis & Nitro: *in articularjis morbis frigidis uſurpantur.*

Syrupus Domeſticus: *eius uſus præcipuè in arthritide.*

Unguen-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0038-6

Unguentum Aregon: *articularios morbos iuvat.*

Martiaton: *articulorum tumores frigidos diſcutit.*

## Aſthmati.

*ASTHMA*, ſchwerer Athem / hartes Schnauſen mit raßlen vnd Pfeiſſen durch die Lufft-Röhr / eſt læſa reſpiratio cum ſtertore & ſibilo, eaque denſa & frequens ferè, ut æger ſine anhelatione reſpirare nequeat, ſine febre plerumque ab anguſtia bronchiorum pulmonis proveniens.

Acetum ſcilliticum: *ſi ſumatur prius corpore purgato ad dimidium cochlearis, benè ſpirans deget.*

Elleboratum: *Aſthma & orthopnœam curat aut mitigat plerumque.*

Aqua Aſthmatica: *præpeditam ſpirandi facilitatem à craßis & viſcoſis humoribus tollit, liberiorémque ſpiritum conciliat, omnibus anheloſis & præſertim ſenibus ſingulariter commendatur.*

Aurea Langij: *inſignis eſt auxilij catarrhis frigidis Aſthma inducentibus.*

Au-

Aurea Alexandrina & philonium Romanum: *ſuſpirioſis auxilio ſunt.*

Decoctum Pectorale & Lohoch de Pino: *aſthmaticis auxiliantur.*

Eſſentia ſaccharina Beguini & Balſamum Benzoinum: *aſthmaticis utiliter exhibentur.*

Hiera Pachij, pilulæ de Agarico & Hiera cum Agarico: *aſthmaticos iuvant ab humoribus craſſis, & pituitoſis.*

Lohoch è ſucco Scillæ Galeni: *aſthmaticis in magna puris & pituitæ copia, ſpiritûs vias opprimente, ſuccurrit.*

è Scilla compoſitum: *prædicta omnia valentius præſtat.*

Mithridatium Damocratis: *valet ad Aſthma ſive intùs ſumatur ſive extrà applicetur.*

Philonium Meſuæ: *facilitat anhelitum cum decocto baccarum Lauri vel Hyſſopi.*

Species de Gemmis calidæ & Diamoſchu dulces: *commendantur ad ſpirandi difficultatem.*

Diamargariton calidæ & frigidæ: *aſthmaticos reficiunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0040-6

Diaireos Salomonis: *Dyſpnoicis auxilio ſunt.*

Diatragacanthi calidæ: *aſthmaticos & ſuſpirioſos relevant.*

Syrupus de Calamintha: *Aſthmati convenit ex humoribus viſcidis & craſſis bronchia pulmonum obſidentibus.*

de Hyſſopo & Praſio: *ex eadem cauſa aſthmaticis proſunt.*

Theriaca Andromachi: *orthopnoicos cum mulſa pota ſanat.*

Trochiſci de Agarico: *Aſthmati conducunt & ſpiritum facilitant.*

Alhandali Meſuæ: *in Aſthmate & dyſpnœa feliciſſimè uſurpantur.*

Aliptæ Moſchatæ: *Infantulis ac Puerulis aſthmaticis, vel anhelitûs difficultate preſſis, conferunt.*

Bechici albi: *difficulter ſpirantibus opem ferunt.*

de Violis ſolutivi: *uſurpantur in pituita viſcida, quæ ſuſpirioſos facit.*

Vnguentum reſumptivum: *adhibetur commodè aſthmaticis.*

*ORTHOPNOEA* dicitur, quando æger non niſi erectâ cervice, ſpirare poteſt. Wann der Krancke nur ſitzent Schnauſen kan.

*DYSPNOEA*, eſt levior affectus Aſthmate & Orthopnœa à minori materiæ obſtruentis copiâ.

## Aurium vitia corrigunt.

Acetum Scilliticum: *ſumpto hoc aceto aures in officio manebunt.*

Aqua acoviſtica: *ad varios auditûs læſiones, ſurditatem, obauditionem, tinnitum, ſibilum, pulſationem, ac ſtrepitum in auribus ab humore, vel vapore vel flatu provenientem, conducit.*

Oleum Balaninum: *auri injectum tinnitui & ſurditati confert.*

Majoranæ: *Auribus immiſſum tinnitum à flatu diſſipat.*

Philoſophorum: *Aurium tinnitui à flatu craſſo, iiſq; verminantibus medetur.*

*TINNITUS ET SIBILUS AURIUM*, ſingen vnd pfeiffen/ ſaußen vnd prauſen der Ohren/

Ohren/ ſunt diſpoſitiones ſeu viæ ad ſurditatem.

*SVRDITAS* ſeu *COPHOSIS*, Vulgò gar gehör loß/propriè dicta eſt, quando auditus omnino aboletur, adeò, ut eâ affecti vel nullũ penitus ſonũ percipiant, vel ſi ſonũ auribus excipiant, illius tamen differentias percipere nequeant.

*OBAVDITIO*, ſeu *GRAVIS AUDITIO*, ſchweres vnd hartes Gehör / eſt quando ægri difficulter ſonum percipere vel discernere poſſunt, niſi altus, atque elevatus admodum ſit.

## Aurium dolorem placant.

Oleum Nardinum ſimplex: *aurium dolores mitigat.*

Nucleorum Perſicorum: *aurium tumores & dolores curat.*

è Vitellis Ovorum: *aurium doloribus convenit.*

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo: *aurium dolorem ſanant.*

## Auditus gravitatem auferunt.

Hiera compoſita: *aurium gravedines à magno pituitæ lentore ortas iuvat.*

Oleum Amygdalarum amararum: *auditum frigore obtuſum reſtaurat.*

Mithridatium Damocratis: *valet ad gravem auditum ſive intùs ſumpta ſive extrà admota.*

Pilulæ Arabicæ: *auditum amiſſum reparant.*

Theriaca Andromachi: *auditus graves ſanat.*

# B.

## Bulimon ſedant.

Juleb ex Vino Arnoldi de villa nova: *bulimon ſeu caninam famem lenit,* den unnatürlichen groſſen Hunger.

# C.

## CACHEXIÆ.

*CACHEXIA,* üble Leibs geſtalt/ eſt malus & pravus corporis habitus præcedens

dens hydropem, ex mala concoctione & conſtitutione Hepatis proveniens.

Electuarium chalybeatum: *muliebrem præſertim cachexiam pellit.*

Caryocoſtinum: *cachexiæ, & ex illa provenientibus varijs morbis conducit.*

Extractum Diacitri & Gummi Gamandræ: *ingenti cum fructu & commodo in cachexia uſurpantur.*

Pilulæ de Ammoniaco Quercetani: *ad cachexiam expurgandam ex fæculenta materiæ abundantia maximè conducunt.*

Pulvis Cachecticus Ejus: *in curanda omnis generis cachexia, & depravatorum ſuccorum colluvie educenda præſentaneum eſt remedium.*

Species Dialaccæ majores: *cachexiam depellunt.*

Diamoſchu dulces: *ſopitum calorem nativum recreant, & cachexiam emendant.*

Diapraſiu: *pallidum corporis colorem crebro uſu vividum reddunt.*

Lætificantes Galeni & Rhaſis: *corporis*

*malum habitum emendant, colorémque corporis vividum efficiunt.*

Trochiſci de Rhabarbaro: *cachecticis plurimùm proſunt.*

## Capitis & Cerebri affectibus frigidis opitulantur.

Aurea Alexandrina: *omnem noxam capitis à frigido & humido non modò epota, ſed & impoſita, & fronti illita propellit.*

Confectio Anacardina: *conducit cerebri affectibus frigidis, ſpiritus animales purgando.*

Eſſentia Ambræ Mindereri: *in affectibus capitis frigidis excellentiſſimum remedium.*

Mel Anacardinum: *morbis cerebri frigidis & humidis conducit.*

Mithridatium Damocratis: *valet ad capitis affectus frigidos & pituitoſos.*

Oleum è baccis Lauri, Majoranæ, Nardinum utrumque, Philoſophorum & de Piperibus: *valent ad omnes offenſas cerebri frigidas.*

Pilulæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0046-0

Pilulæ de Hiera compoſita: *capitis vitijs à pituitoſis humoribus natis opem ferunt.*

Pomum Ambræ: *capiti à frigida & humida intemperie opem præſtat.*

Pulvis Marchionis ſeu Epilepticus: *intemperiem cerebri humidam corrigit.*

Species diamoſchu dulces: *commendantur ad cerebri affectus frigidos.*

de Gemmis calidæ: *ad cerebri morbos frigidos efficaciſſimæ.*

Spiritus diapente: *in affectibus capitis multùm valet.*

Euphraſiæ: *Cerebri frigiditatem corrigit.*

Theriaca diateſſaron: *ad omnes affectus cerebri benefacit.*

Syrupus de Betonica ſimplex: *ad capitis vitia propulſanda idoneus.*

de Stœchade compoſitus: *cerebri noxis frigidis auxilio eſt.*

Stœchade Fernelij: *quoad cerebri affectus ſanandos longè validior exiſtit.*

## Capitis dolorem à causa calida mitigant.

Electuarium diacatholicon: *doloribus capitis auxilio eſt.*

de Pſyllio: *dolori capitis àললিolioſorum humorum evaporationibus ſuccurrit.*

Roſatum Meſuæ *cholagogum ſal ubre eſt Cephalalgiæ.*

Oleum Nymphææ: *vires habet violati, refrigerat tamen magis, & Cephalalgiam ex febrium incendio mitigat.*

Seminis Papaveris albi: *fronti & temporibus illitum dolores capitis tollit ſomnum conciliando.*

Syrupus de Lupulo: *Cephalalgiæ calidæ perquàm idoneus.*

de Nymphæa compoſitus: *valet ad dolores è bile procreatos, & capitis fervores.*

Unguentum de Alabaſtro: *omni capitis dolori, ſive is per eſſentiam, ſive per conſenſum obortus fuerit, omni tempore excepto ſolo principio, ſuccurrit.*

Roſatum Meſuæ: *uſu frequentiſſimum ad cephalalgiam calidam.*

CE-

*CEPHALALGIA*, newer Kopf-wehe / pro omni capitis dolore generaliter uſurpatur, ſed in ſpecie & magis ſtrictè recentem capitis dolorem ſignificat.

## Capitis dolorem à Causa frigida ſedant.

Aurea Alexandrina: *dolorem confeſtim mitigat.*

Ceratum de Betonica: *ad Cephalæam & Cephalalgiam valdè utile.*

Diacorum Meſuæ: *ſedat capitis dolores à frigore præcipuè in ſenibus.*

Electuarium diacarthami: *Cephalalgiæ ſuccurrit ex bile & pituita.*

Hieræ compoſitæ: *capitis affectus à magno pituitæ lentore juvat.*

Hieræ Pachij: *ſanat diuturno capitis dolore infeſtatos.*

Mithridatium Damocratis: *valet ad Cephalæam, & Hemicraniam, ſive ſumatur, ſive admoveatur.*

Oleum Anethinum: *cephalalgiam mitigat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0049-0 DFG

ex Euphorbio: *hemicranicis & cephalalgicis adhibetur.*

Philonium Meſuæ: *cum decocto ſtœchadis tollit dolorem capitis.*

Pilulæ Aggregativæ Majores: *ad capitis vitia plurimùm faciunt.*

Arabicæ: *Hemicraniæ & capitis dolori ſuccurrunt.*

Aſſajeret: *capitis doloribus à vitioſis ſtomachi ſuccis obortis auxiliantur.*

Theriaca Andromachi: *capitis dolores diuturnos ſanat.*

Trochiſci de Agarico Meſuæ: *confert agaricus ſic præparatus antiquis capitis doloribus.*

Alhandali: *in cephalalgia, hemicrania, & inveterato capitis dolore uſurpantur.*

*CEPHALÆA*, langwiriges Haubtwehe/ inveteratum, & *HEMICRANIA*, vulgò der Haupt-Schein / eum dolorem indicat, qui dimidiam capitis partem occupat.

Ca-

## Capitis manantia Vlcera ſanant.

Oleum Amygdalarum dulcium: *ſcabra & aſpera polit ex vino uſurpatum.*

Laurinum: *capitis furfures delet.*

Liliorum ſimplex & compoſitum: *ulcera capitis manantia, furfures, varos, fervidáſque eruptiones ſanat.*

Roſatum vulgare: *ulceribus in capite manantibus, & fervidis eruptionibus illinitur.*

Syrupus de Epithymo & de Fumaria compoſitus: *capitis areas curant & impetigines delent.*

Unguentum Nicotianæ ſeu de Peto: *morphæam delet.*

*AREA* eſt ulceris genus in capite, cum capillorum profluvio.

*IMPETIGO* eſt ſummæ cutis aſperitas cum multa prurigine, ſqvamis & furfuribus ſchiebben des Haupts.

*VARI*, Græcis *Jonthi*, rote bläterlen in dem Angeſicht / ſunt puſtulæ duræ in faciei cute obortæ.

*MOR-*

*MORPHÆA* appellatur, quando cutis color in album & nigrum mutatur, & ad pilos interdum extenditur.

## Carnem abſumunt.

Ceratum Iſeos ex Galeno: *carnem putridam abſumit.*

Unguentum Ægyptiacum compoſitum & ſimplex: *carnem abſumunt, & mortuam à ſana potenter ſeparant.*

## Carnem procreant & Callum obducunt.

Ceratum de Ammoniaco D. D. Petri Foreſti: *callum obducit.*

Emplaſtrum Ceroneum Nicolai: *carnes procreat.*

Opodeltoch: *diſſolutam unitatem citò coniungit, conſolidat, ac cicatrice claudit.*

Oxycroceum commune: *gignendo callo habile.*

## Caſui ex alto auxilio ſunt.

Oleum è Lateribus: *ſanguinem concretum diſſoluit.*

Oxy-

Oxymel Elleboratum majus: *ſanguinem concretum etiam in thorace, inſtante ſuffocationis periculo, diſſipat.*

Hiera Pachij: *datur ijs, qui ex alto lapſi ſunt.*

Pulvis ad Caſum: *hic pulvis ſtatim propinatur ex vino aſtringente, vel alio liquore conveniente.*

Rob Veronicæ: *datur ab alto lapſis, qui vaſis alicuius interni rupturam paſſi ſunt.*

Unguentum de Cynogloſſo: *valet ad contuſa, & ſugillata, ſanguinem concretum tam intùs aſſumptum, quàm forinſecùs illitum diſſolvit.*

Potabile: *præcipitatos iuvat, eorúmque, qui ex alto ceciderunt, vulnera interna glutinat, ſanguinem concretum diſſolvit, & concuſſis auxilio eſt.*

Viride Reginæ: *datur intra corpus ruptis, convulſis, ac ex alto prolapſis, ubi grumoſi ſanguinis ſuſpicio ſubeſt.*

## CATALEPSI.

*CATALEPSIS* ſeu *CATOCHE* ſub uno

morbo hoc tempore apud omnes fermè Authores comprehenduntur Germanis: erſtárrung mit verſwunderung aller Glider; & eſt congelatio cum quodam ſtupore, cùm affecti rigeant, quaſi congelati eſſent.

Extractum Diapœonias Mindereri: *valet in affectibus capitis frigidis, qui catalepſin cauſant.*

Mithridatium Damocratis: *Mithridatica antidotus celeberrima valet ad ejuſmodi ſtuporem ſive admota ſive aſſumpta.*

Pulvis ad Naſalia: *catalepticos juvant hæc Naſalia ſed cautè ijs utendum, præſertim in corporibus nondum purgatis.*

## Catarrhos calidos & tenues ſiſtunt.

*CATARRHUS*, Cathar/ Haupt=fluß / eſt humoris excrementitij à capite in ſubjectas partes præternaturalis effluxus.

Decoctum pectorale: *catarrhis utile exiſtit à cauſa calida.*

Dia-

Diacodion Actuarij : *acres tenuéſque fluxiones ad thoracem devolui prohibet.*

Lohoch de Papauere : *efficax eſt in deſtillationibus, quæ acrem, ſalſam, tenuem & liquatam materiā in thoracē demittunt.*

Mel Paſſulatum : *præcipuè deſtillationi acri, & calidæ à ſalſis humoribus obortæ conducit.*

Oleum Roſatum vulgare : *rheumatiſmos ſiſtit.*

Pilulæ Aſſaieret : *propinantur in tenuibus & acribus capitis fluxionibus, ut liquidam materiam facilè decumbentem ſiſtant.*

de Cynogloſſo cum Caſtoreo : *non ſolùm catarrhos tenues ſiſtunt, ſed omnibus deſtillationum morbis, ſive in thoracem fluxio feratur, ſive in pulmones, dentes, aut aliò procumbat, conferunt.*

Pulvis anonymus : *tenues ac ſalſos catarrhos ſiſtit, & incraſſat.*

Rob Nucum : *ad tenues deſtillationes valde efficax.*

Species diaireos ſimplices & uſitatæ : *ad omnem faucium deſtillationem, eaq́*

*in-*

*initio nondum invaleſcente impetu feliciter adhibentur.*

Syrupus Capillorum Veneris: *ad tenues & calidas deſtillationes præſtans eſt.*

de Farfara: *catarrhis ſalſis, acribus, & in pectus, faucéſque delabentibus perquàm idoneus.*

Jujubis: *ad omnes ſpiritualium partium affectus à fluxionibus ortum habentes accommodatus.*

Papauere erratico ſimplex & compoſitus: *valent ad ſiſtendum catarrhum, & defluxiones tenues, calidas & acres.*

Piloſêllâ: *exhibetur potiſſimùm ijs, quibus à capite, aut alijs partibus in thoracem fit defluxio, humoris irruentis impetum cohibendo.*

Siliquis: *eo utimur in tenuibus & acribus rheumatiſmis.*

Violatus ex ſucco foliorum: *acres defluxiones permulcet ac temperat.*

Trochiſci bechici rubri: *catarrhos tenues intercipiunt.*

Ca-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0056-6
DFG

# Catarrhos frigidos prohibent.

Aqua aurea Langij: *in catarrhis frigidis ad pulmones deſtuentibus auxilio eſt.*

Aurea Alexandrina: *efficax eſt contra capitis defluxiones frigore conceptas.*

Ceratum de Betonica: *catarrhos ad partes inferiores defluentes manifeſtè ſiſtit.*

Diacorum Meſuæ: *eſt ſingulare remedium maximè catarrhi.*

Eſſentia Saccharina Beguini: *catarrhos nonnihil ſiſtit.*

Mithridatium Damocratis: *diuturnis thoracis defluxionibus prodeſt.*

Oleum Nardinum ſimplex & Laurinum: *deſtillationibus auxiliantur.*

Philonium Meſuæ: *prohibet catarrhum cum decocto thuris, aut ſpicæ.*

Pilulæ de Succino: *ad deſtillationes, & pituitoſos catarrhos propulſandos feliciſſimè uſurpantur.*

Species dianthon: *proſunt deſtillatione affectis.*

diaireos Salomonis: *deſtillationi in fauces irruenti conducunt.*

diapraſiu: *ijs conducunt, qui defluxionibus, deſtillationibúſque frigidis è capite obnoxij ſunt.*

diatrion Pipereon Meſuæ: *fluxionibus, quæ à capite ad thoracem deſcendunt, conferunt.*

Spiritus Cephalicus compoſitus: *catarrhos diſcutit.*

Syrupus de Stœchade compoſitus: *deſtillationes frigidas conſumit.*

Trochiſci Pectorales cum Ambra: *in catarrho & defluxionibus è capite in ſubjectas partes irruentibus utiles ſunt & lentorem catarrhi incidunt.*

## Cerebrum confortant.

Aqua antimelancholica: *lætitiæ lumine cerebrum irradiat.*

Odorifera: *mira & ſingulari virtute excellentis fragrantiæ, & ſuaviſſimi odoris ipſum cerebrum penetrat, ibidémque ſpiritus animales reficit.*

Confectio Alkermes: *cerebro ac animali facultati languidæ eximiè ſuccurrit.*

Eſſen-

Eſſentia Ambræ Mindereri: *in omnibus organis facultatis animalis illuſtre remedium animum reficiendo.*

Mel Anthoſatum: *cerebri vires auget.*

Oleum Maſtichinum: *cerebrum roborat.*

Pleres archonticon: *cerebri ſenſationes interceptas liberat, omnémq; cerebri debilitatem aufert.*

Potus Hippocraticus uterque: *mira ejus vis in cerebro roborando præſertim frigido.*

Spiritus Cephalicus compoſitus: *cerebrum & omnes ejus functiones mirè corroborat.*

Trochiſci de Gallia Moſchata & pomum Ambræ: *cerebrum odoris ſuavitate ac fragrantiâ reficiunt.*

## Cerebrum expurgant.

Extractum Agarici: *pituitam lentam & craſſam à Cerebro, licet debiliùs prolicit.*

Pilulæ Aggregativæ majores & minores: *ad varios capitis affectus ſunt efficaces, nam purgant ex ijs & ſenſorijs pituitam, & bilem utramq;.*

Alephanginæ: *cerebrum & ſenſoria omnia ab humoribus craſſis, putribus & pituitoſis mundificant.*

de Aloë lota & Aureæ: *caput mirè expurgant.*

Cochiæ: *cephalicæ rectè dicuntur, eò quòd caput magnâ efficacia evacuent.*

Lucis majores & Maſtichinæ: *excrementa pituitoſa è cerebro expurgant.*

De Octo Rebus & Oppopanace: *craſſos humores è capite purgant, pituitam craſſam, bilem & melancholiam è cerebro vacuant.*

Sine quibus eſſe nolo: *caput à pituita, bile flava, & atra mirè purgant.*

Stomachicæ & de Succino Cratonis: *bilioſos & pituitoſos humores è capite protrahunt & expellunt.*

Pulvis ſternutatorius: *cerebrum à tenacibus humoribus purgat & oſſis Ethmoidéi obſtructiones expedit.*

Trochiſci Alhandali: *pituitam & alios humores craſſos è profundis longéque diſtantibus partibus, utpote cerebro extrahunt.*

# CHOLERÆ.

*CHOLERA*, Gall-Kranckheit ſo wol überſich als underſich / eſt violentiſſima humorum bilioſorum aut corruptorum per vomitum & alvum excretio.

Aqua Maſtichina: *choleram morbum profligat.*

Rob Cydoniorum & Ribium: *choleræ medicantur.*

Syrupus de Agreſta: *choleræ morbo, purgato priùs corpore medetur.*

Theriaca Andromachi: *cum decocto Cinamomi cholericos juvat.*

Trochiſci Ramich: *infuſo humorum acrimoniam obtundunt, & impetum refrænant, eoq; nomine choleræ morbo ſuccurrunt.*

# COLICÆ.

*COLICA PASSIO*, Bauch-grimmen Darm-Gicht / Darm-Windt / nomen deſumit à parte affecta ſcilicet inteſtino colo.

Aurea Alexandrina: *colicis præſenti auxilio eſt.*

Electuarium Benedictæ laxativæ: *colicis prodeſt, ad quorum enemata plurimùm expetitur.*

è baccis Lauri: *commendatur ad colicam paſſionem ac doloribus inteſtinorum ex cauſa frigida vel flatuoſa opitulatur.*

Eleſcoph: *colicis cruciatibus mirificè auxiliatur.*

Indum majus: *inflationem coli perſanat.*

Elixir Vitæ Matthioli: *additur in clyſteribus colicorum, unciæ pondere, præſentaneo auxilio, ubi à flatu aut frigiditate provenit morbus, & præſertim additis Theriacæ aut Mithridatij binis drachmis.*

Mel Anthoſatum: *dolores colicos mitigat, uſus ejus præcipuè in clyſteribus, ubi Pareſis ex colica metuitur.*

Oleum Amygdalarum dulcium: *cum pari portione olei Amygdalarum amararum dolores, cruciatus mirificè levat.*

Chamæmelinum: *doloris initio efficax exiſtit.*

Lilio-

Liliorum alborũ utrumq; & Moſchelinum: *inuncta aut ſuppoſita conferunt.*

de Piperibus: *ad coli dolores utiliſſimè adhibetur.*

Rutæ: *illitum & clyſteribus injectum colicum dolorem ſedat, vitreum phlegma eiiciens.*

Philonium Meſuæ: *mirum in modum mitigat colicam cum decocto Chamæmeli.*

Romanum Nicolai Myrepſi: *in colicis affectibus præcipuam habet dignitatem, eíque affectui adhibet Galenus, doloris enim magnitudo ſæpè totam in ſe curationem intendit, & in miſeram vitæ deſperationem pleróſque coniicit.*

Pilulæ Aureæ: *ad colicos & inflatos valdè probantur.*

Fœtidæ majores: *coli doloribus proſunt, ſed cum maxima cautela exhibendæ.*

Spiritus Salis Nitri: *in mitiganda colica excellens remedium.*

Syrupus de Chamæmelo: *magnificus ejus uſus eſt in colica, additur potiſſimùm in enemata.*

Theriaca Andromachi: *colicos & inteſtinorum cruciatus ſedat.* Tro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0063-4

Trochiſci Alhandali: *exhibentur in dolore flatulento ad vitream & viſcidam pituitam ex inteſtinis deturbandam.*

Vnguentum Aregon: *colicos cruciatus ſanat.*

## CONVULSIONI.

*CONVULSIO*, Verkrümmung der Glider / vnd einſchrümpffung deß Geäders / eſt nervorum, muſculorúmque verſus ſuum principium involuntaria & perpetua retractio.

Aqua Hirundinum uſitata: *infantium convulſionibus*, Fraiß der Kinder / *ſtrenuè medetur.*

Hirundinum compoſita major: *convulſionem reprimit, ac abrumpit: verùm adultis potiſſimùm uſurpanda.*

Hieralogadij: *ſubitò convulſis, ſpumantibus & linguam mordentibus auxilio eſt.*

Oleum Anethinum & de Caſtoreo: *convulſionem ſanant.*

Irinum Meſuæ: *convulſionibus efficax.*

Liliorum Convallium & Liliorum al-

borum

horum utrumque: *convulſis & convulſionibus proſunt.*

Seminis Lini & Rutæ: *convulſionibus, medentur.*

Philonium Meſuæ: *ad convulſionem bibitur cum decocto nucis Moſchatæ.*

Species Diamoſchu dulces: *commendantur ad convulſionem.*

Syrupus florum Paralyſeos & de Poenia: *dantur convulſis & convulſionibus auxiliantur.*

de Stœchade compoſitus & Fernelij: *convulſioni medicantur.*

Vnguentum Aregon & Martiaton: *convulſioni auxilio ſunt.*

Viride Reginæ: *datur intra corpus convulſis.*

# CARDIACÆ.

*CARDIACUS MORBUS*, das Hertz-Geſperr/ ſymptoma eſt non cordis, ſed oris ventriculi.

Aurea Alexandrina: *cardiacis auxilio eſt.*

Rob Ribium utrumq;: *cardiacis ſuccurrit.*

Species dianthon & de Hyacintho: *cardiacis opitulantur.*

Diamargariton calidæ & Pleres archonticon: *cardiacos juvant.*

Diarhodon Abbatis, Roſatæ novellæ & diatrionſantalon: *cardiacis auxiliantur.*

Theriaca Andromachi: *valet etiam in cardiacis ſive ſumatur ſive admoveatur.*

## Cordis imbecillitati à cauſa calida ſuccurrunt.

Decoctum florum & fructuum: *cor recreat.*

Juleb Violarum: *cordi ſupercalefacto auxiliatur.*

Pulvis rubeus Pannonicus: *cor à putridi vaporis aut humoris contaminatione tutum reddit.*

Syrupus Acetoſitatis Citri: *cor ab intemperie calida firmat.*

de ſucco Acetoſellæ: *cor eximiè roborat.*

florum Arantiorum: *cor mirificè recreat ſpiritus vitales inſtaurando.*

de Boragine & Bugloſſo: *imbecillitati cordis magnopere conducunt.*

Ca-

Ceraſorum acidorum: *cordis vires tuetur.*

de Limonibus: *cor reficit, eiúſque vires tuetur.*

è Pomis ſimplex: *cor imbecillum roborat, & facultates ejus omnes ſopitas excitat.*

de Rubo Idæo: *cordis defectiones arcet.*

## Cor imbecillum à cauſa frigida confortant.

Eſſentia Citri: *delicata admodum & præſtans eſt hæc eſſentia ad cordis imbecillitatem iuvandam.*

Mel Anthoſatum & Roſatum citratum: *cordis affectibus frigidis eximiè ſuccurrunt.*

Pulvis bezoardicus D. Nicolai præpoſiti: *cordis vires ſummoperè tuetur.*

Species dianthon: *in univerſum omni cordis & corporis imbecillitati auxilio ſunt.*

deGemmis calidæ & Roſatæ novellæ: *ad cordis affectus frigidos efficaciſſimæ.*

Syrupus de Corticibus & è ſucco Aran-

tio-

giorum dulcium: *cordis vires adaugent, illiúsque tædia pellunt.*

de Cinnamomo: *vitales ſpiritus plurimùm recreat & cor à frigore languidum reficit.*

ſucco Meliſſophylli & florum Paralyſeos: *ad cordis vires reparandas efficaces.*

## Cor roborant.

Aqua confortativa uſitata: *eſt quaſi generale confortans in omni languore & debilitate virium, omni ætati, ſexui, & morbo accommodatum.*

Cordialis temperata: *in ſubito virium lapſu ex defectu ſpirituum vitalium præſtantiſſima aqua, cor enim mirificè recreat.*

Odorifera: *partibus externis impoſita per continuum arteriarum pulſum etiam cordi communicatur, illúdque jucundiſſimè refocillat.*

Vitæ compoſita: *cor recreat, ſpiritus vitales auget ac reficit.*

Confectio Alkermes: *cor ac vitales vires validè roborat.*

Ju-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0068-3

Juleb ex Vino Arnoldi de Villa nova: *cordis robur tuetur.*

Pulvis pro epithemate cordis: *mira ejus efficacia eſt in cordis affectibus à debilitate ortis.*

Species aromaticæ Caryophyllatæ & contra Apoplexiam: *vitalis facultatis robur eximiè tuentur.*

Cordiales Alexandri Benedicti: *omnem penè noxam cordi adverſam diſijciunt & expellunt.*

Diaxyloaloës: *animæ defectionibus & cordis malis frigidis auxiliantur.*

Lætificantes Rhaſis & cordiales temperatæ: *cor roborant, & plurimùm faciunt ad affectus cordis.*

Spiritus Roſarum: *proprietate ſua ſpecifica cor recreat, in omnibus ejus infirmitatibus ſingulare robur conciliat, odore & fragrantiâ vires reficit.*

Syrupus de Boragine & Bugloſſo: *animi defectiones è corde natas arcent.*

de Corticibus Citri: *eo ſæpè utimur in compoſitionũ & Ecclegmatum mixturis ad roborandum cor.*

è Po-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0069-1 DFG

è Pomis ſimplex: *omnibus cordis affectibus ab atra bile ſuccurrit lætitiam inducendo.*

Pomis Regis Sapor: *cordis robur plurimùm auget.*

de Rubo Idæo: *cordis vires ſuper gemmas & uniones tutatur & auget.*

Stœchade ſimplex: *cor obſirmat.*

florum Tunicæ: *ad præcipuos cordis affectus efficax.*

Trochiſci de Gallia moſchata: *tantùm viris conferunt.*

Unguentum Roſatum Meſuæ: *cordi robur addit.*

## Syncopi & Lipothymiæ.

*SYNCOPE*, Gähliche Ohnmacht / eſt præceps virium lapſus.

*LIPOTHYMIA* verò eſt leve animi deliquium.

Aqua cordialis temperata: *ſyncopticis utiliſſimè adhibetur.*

pro epithemate Cordis & Tinctura Coralliorum: *in ipſius cordis affectibus, ſyn-*

*ſyncope, præſentaneum remedium præſtant.*

Vitæ compoſita: *animi deliquia pellit & ſyneopas arcet.*

Balſamum Embryonum: *lipothymias & animi defectiones in mulieribus perſanat.*

Confectio Alkermes: *ſyncopen pellit.*

Elixir vitæ Matthioli: *defectos animo revocat, & jam jam moribundos tamdiu ſuſtinet, ut quandoque miraculi ſpeciem afferat.*

Pulvis pro Epithemate cordis *in ſyncope & dejectis propemodum vitalibus facultatibus miræ efficaciæ exiſtit.*

Species cordiales temperatæ: *animi deliquio medicantur.*

Diamargariton calidæ & frigidæ: *ſyncopi auxiliantur.*

Dianthon: *cordis ſyncopen patientes juvant.*

Diarhodon Abbatis: *animi defectionibus medentur.*

de Gemmis calidæ & frigidæ: *ſyncopi auxilio ſunt.*

Hya-

Hyacintho: *opitulantur Lipothymiam patientibus, & ſyncopas arcent.*

Pleres Archonticon: *animi deliquio è corde nato conferunt.*

Syrupus de Boragine & Bugloſſo: *ſyncopen arcent.*

de ſucco Meliſſophylli: *lipothymias perſanat, & ſpiritus vitales auget.*

è Pomis ſimplex: *ſyncopen juvat.*

de Rubo Idæo: *Lipothymiam fugat.*

florum Tunicæ: *ſyncopas fugat & animi deliquijs medetur.*

Theriaca Andromachi: *valet in ijs, qui animo linquuntur.*

## CORDIS PALPITATIONI.

*PALPITATIO CORDIS*, Das Hertz-Klopffen / Hertz-zittern / eſt immoderata & præternaturalis concuſſio vehementi diaſtole & ſyſtole moleſta.

Aqua pro Epithemate cordis: *in palpitatione cordis præſentaneum præſtat remedium.*

Confectio Alkermes: *cordis palpitationem pellit.*

Pul-

Pulvis pro Epithemate cordis & Violarum odoratus: *palpitationi cordis medentur.*

Species deGemmis calidæ & frigidæ: *cordis tremorem & palpitationem emendant.*

Lætificantes Galeni & Rhaſis, item diamoſchu dulces: *plurimùm ad cordis palpitationem valent.*

Syrupus de Boragine & Bugloſſo: *cordis tremori & palpitationi ſuccurrunt.*

de corticibus Citri: *palpitationi cordis medetur.*

è Pomis ſimplex & florum Tunicæ: *cordis palpitationem, illiúſque tremorem juvant.*

Tinctura Coralliorum: *in cordis palpitatione proficuum medicamentum.*

## Cutis & Corporis Vitia emendant.

Acetum Scilliticum: *ſi eo utaris, benè coloratus deges.*

Aqua Fumariæ compoſita & Mercuria-

tæ: *cutis morbos curant, & defædationi illius proſunt.*

Confectio Anacardina: *corporis vividum colorem præſtat cautè tamen & non niſi ante ſemeſtre tempus poſt perfectam fermentationem uſurpanda eſt.*

Hamech: *omni fœditati cutis conducit.*

Electuarium Senatum Renodæi: *fœdis Viduarum coloribus medetur.*

Vitæ Arnoldi de Villa nova: *homines coloratos facit.*

Lac Virgineum: *cutis infectiones adimit.*

Mithridatium Damocratis: *bonum corporis colorem conciliat.*

Oleum Amygdalarum amararũ: *cutis maculas & aſperitates tam reliquarum partium, quàm faciei, quas Ephelides & Panos vocant, exterit.*

Amygdalarum dulcium: *cutem erugat, ſcabra & aſpera polit.*

Balaninum: *varia cutis vitia corrigit uti lentigines* Sommerſproſſen/ *maculas & cicatrices nigras.*

Ma-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0074-5
DFG

Maſtichinum: *faciem emaculat, & coloris gratiam illitum commendat.*

Nucum juglandium: *varijs cutis vitijs medetur.*

Tartari per deliquium: *in ſupercuti exoptabilem conciliat nitorem, eandémque, lævigat, ac purificat.*

è vitellis ovorum: *cutis fœditatem mirè aufert.*

Pilulæ fœtidæ majores: *cutis vitia emendant.*

Pulvis Senæ præparatæ: *eo cutis fœditatem eluimus.*

Species diacrocu: *colorem fœdum corrigunt.*

Lætificantes Galeni: *corporis malum habitum emendant.*

Lætificantes Rhaſis: *colorem corporis vividum efficiunt.*

Spiritus diapente: *per emunctoria cutis corporis habitum repurgat.*

Syrupus diaſereos: *corpori bonum colorem conciliat.*

Trochiſci de Rhabarbaro: *formæ corruptionem ac fœditatem corrigunt.*

Vnguentum Martiaton: *livorem cutis emendat.*

ad Membra ambuſta: *in cute nullum cicatricum relinquit veſtigium.*

Pomatum: *livorem cutis emendat, & illius colorem conciliat.*

*EPHELIS* eſt aſpredo & nigrities in facie ex ardore ſolis progenito:

*PANUS*, Düßel oder Knitel / tumor eſt non altus, ſed latus, in quo quoddam puſtulæ ſimilis eſt, panis ſimilitudinem referens.

## D.

## Delirantibus ſubveniunt.

Electuarium diabelzamer: *ſine febre delirantibus convenit.*

Manus Chriſti ſimplex & cum Margaritis: *delirijs medetur.*

Oleum Nymphææ: *Papaverino mixtum ex febrili incendio delirium mitigat.*

## Dentium dolores propulſant.

Aurea Alexandrina: *dentium dolores ſanat.*

Mithridatium Damocratis: *ſive aſſumpta, ſive admota valet ad Odontalgiam,* oder Zahnwehe.

Oleum Hyperici: *contra dentium dolorem ſalubre remedium.*

Myrtillorum: *dentium dolori medetur.*

Roſatum vulgare: *in dolore dentium inter initia utiliter colluitur.*

è vitellis Ovorum & Philoſophorum: *dentium dolores perſanant.*

Pilulæ de Succino: *ad dentium dolores propulſandos feliciter uſurpantur.*

## Dolores ſedant in cauſa calida.

Oleum è floribus Verbaſci: *ad dolores præſertim calidos laudatiſſimum.*

Unguentum de Cynogloſſo: *dolores à cauſa calida mitigat, & anodynum eſt præſtantiſſimum.*

Ad membra ambuſta: *ſedat dolorem quàm citiſſimè.*

## Dolores in causa frigida mitigant.

Emplaſtrum Apoſtolorum: *genuum ex influxu dolores ſedat.*

è baccis Lauri: *dolorem à flatibus, aut frigida intemperie ſanat.*

Meliloto: *ad dolorem à frigido ſedandu m utile exiſtit.*

Oleum Chamæmelinum: *in initio doloris ſalubre eſt.*

Anagallidis: *præſentaneum remedium eſt, variis puerorum doloribus in infimo ventre exſuſcitatis.*

Anethinum & ſeminis Lini: *anodyna ſunt.*

Cheyrinum: *ſuppoſitum dolores ex flatibus è materia frigida & pituitoſa mitigat.*

Hyperici & Lumbricorum terreſtriū: *ad omnes dolores à frigido contractos adhibentur & anodyna exiſtunt.*

Philonium Romanum: *omnes dolores abigit.*

Vnguentum Martiaton: *ad dolores ex frigore efficax.*

## Omnis generis dolores placant.

Laudanum opiatum: *mitigat acutiſſimos totius corporis dolores.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0078-8

Pilulæ de Cynogloſſo cum Caſtoreo: *omnis generis dolores ſedant.*

Requies Nicolai: *ab effectu ſic appellata, quòd dolorem qualemcúnque ſomnum conciliando obtundat & mitiget.*

Theriaca Andromachi: *doloribus impoſita.*

Vnguentum Anodynum & viride Reginæ: *dolores quacúnque corporis parte mitigant.*

## DYSENTERIÆ.

*DYSENTERIA* Rothe-Ruhr / eſt alvi dejectio cruenta torminoſa, frequens, ab ulcere inteſtinorum promanans, quod humores acres inteſtinis peculiariter adverſi illáque corrodentes efficiunt.

Athanaſia magna & Micleta Nicolai: *dyſenteriâ laborantibus conferunt.*

Cera Virginea: *in juſculo epota in deſperata dyſenteria remedium præſtantiſſimum.*

Diacodion Actuarij & Trochiſci de Charabe: *dyſenteriæ auxiliantur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0079-7

Emplaſtrum diaphœnicon calidum: *dyſenteriam hepaticam ſanat.*

Eſſentia Croci Martis: *ſiſtendis fluxionibus dyſentericis ſalubrę remędium exiſtit.*

Mithridatium Damocratis: *valet ſive ſumatur ſive admoveatur.*

Oleum Maſtichinum & Myrtillorum: *ad dyſentericorum cruciatus aſtringendo utilia.*

Philonium Perſicum: *eius uſus eſt ad cruentas excretiones per inferna.*

Pulvis Dyſentericus & ſtegnoticus: *ad omnes fluxus ſanguineos, inprimis dyſenteriam curandam ſingularis efficaciæ exiſtunt.*

Rob de Cornis & Cydoniorum: *eorum uſus in dyſenteria multiplex eſſe ſolet.*

Prunorum ſilveſtrium: *dyſenteriam potenter adſtringendo retardat.*

Syrupus de Agreſta: *dyſenteriæ purgato priùs corpore medetur.*

Coralliorum: *dyſentericis confert.*

Cy-

Cydoniorum: *dyſenteriam hepaticam ex humorum acrimonia obortam ſedat ac cohibet.*

de Papauere compoſitus: *dyſenteriæ, quæ ex materiæ acris, & biliosæ effluxu excitatur, medicatur.*

Succo Plantaginis, Roſis ſiccis & Rubo Idæo: *dyſenteriam reprimunt & probè juvant.*

Trochiſci de Corallio: *mirè ſubveniunt dyſentericis.*

Diarhodon & de terra ſigillata: *dyſenterias compeſcunt.*

## E.

## AB EBRIETATE PRÆSERVAT.

Rob de Ribes utrúmque: *ebrietati reſiſtit.*

## EPILEPSIÆ.

*EPILEPSIA* die fallendt Sucht/daß Hinfallent/ eſt convulſio totius corporis interpolata cum mentis & ſenſuum læſione.

Acetum Scilliticum: *morbo comitiali diuturno efficaciter profuit, ut niſi poſt longa temporis intervalla redierit: incipientem verò, ac novum diſcutit, néque reverti ampliùs hunc affectum permittit.*

Aqua Aurea Langij: *præcipuè epilepticos inſultus abolet.*

Epileptica ejuſdem: *ad epilepſiam omni tempore tam ratione præſervationis quàm ratione curationis præſtantiſſima eſt.*

Epileptica Puerorum: *datur infantibus per ſe, vel cum ſuperioris particula commixta, ad epilepticos inſultus dentitionis utplurimum tempore.*

Hirundinum compoſita major: *Epilepſiam, morbúmque comitialem, eiúſque inſultus reprimit ac abrumpit, & hos quidem affectus non qualitate ſolùm manifeſta ſed etiam à proprietate pellit.*

Hirundinum minor compoſita: *epilepticos paroxyſmos abrumpit, ac comitiali morbo perculſos exuſcitat.*

Hi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0082-0
DFG

Hirundinum uſitata: *adverſus epilepticos inſultus potens.*

Panacis Heraclei compoſita: *Epilepſiæ per conſenſum matricis natæ medetur.*

Crocus metallorum: *uſurpatur in Epilepſia, ubi medicamenta mitiora locum non habent.*

Electuarium Senatum: *Epilepticis mirum in modum convenit.*

Hieræ Logadij: *ſubitò concidentibus, ſpumantibus & Epilepticis auxilio eſt.*

Elixir Vitæ Matthioli: *in faciem ex alterius ore projecta Epilepticos revocat.*

Extractum Ellebori nigri: *potenter Epilepſiæ opem fert.*

Lohoch Paſtulatum: *in pueris Epilepticis ſummæ efficaciæ exiſtit*

è lateribus: *comitiales naribus inunctũ ſubitò excitat.*

Oleum de Piperibus: *ad Epilepſiam utiliſſimè adhibetur.*

Oxymel Scilliticum: *eo utimur in Epilepticorum inſultibus, ipſoque paroxyſmo.*

Elleboratum majus: *præcipua ejus vis in Epilepſia.*

Pilulæ de Nitro: *comitiali morbo mirè conveniunt.*

Pulvis Marchionis: *prodeſt hic pulvis Epilepticis.*

Species contra Apoplexiam: *paroxyſmos epilepticos antevertunt.*

Diamoſchu dulces & Pleres archonticon: *ad affectus comitiales commendantur.*

Syrupus de Pœonia & Stœchade compoſitus: *Epilepſiæ medicantur.*

de Cichorio cum Rhabarbaro: *peculiariter Epilepticis ſubvenit, maximè pueris.*

Theriaca Andromachi & Mithridatium Damocratis: *valent ad morbum comitialem.*

Trochiſci de Agarico & Alhandali: *in Epilepſia uſurpantur, illiúſque affectum abolent.*

Vnguentum Aregon & de Bdellio: *ad morbum comitialem plurimùm faciunt.*

ERY-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0084-1

# ERYSIPELATI.

*ERYSIPELAS* ſeu *ROSA* das Rot-lauff/Roſen/Glochſewr den gemainen/ eſt tumor præter naturam, non altè deſcendens ſed in cute conſiſtēs à ſanguine tenuiſſimo & calidiſſimo obortus, coloris rubei.

Emplaſtrum Apoſtolorum: *ad Eryſipelata efficax.*

Infuſum ſeri lactis Meſuæ: *Eryſipelata juvat.*

Rob Sambuci: *Eryſipelata ante ſudorem ſumptum eijcit.*

Vnguentum Album ſive de Ceruſſa, & album Camphoratum: *Eryſipelata reprimunt.*

de Liquiritia: *Eryſipelata ab ichoribus ſanguinis calidis perſanat.*

Roſatum Meſuæ: *uſu frequentiſſimum ad Phlegmonas, & ignem ſacrum.*

de Tutia Nicolai: *ejuſdem penè facultatis ad exiccanda Eryſipelata.*

Exan-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0085-7

## Exanthemata delent.

Rob Ribium utrúmque: *undique nata Exanthemata ſanat.*

Syrupus de Fumaria compoſitus: *Exanthemata delet.*

*EXANTHEMATA* gemaine leichte Bläterle in der Haut hin vnd wider vnderſchidlicher Farben / ſunt quædam leves eruptiones humorum per cutem eſſloreſcentium; rubræ, pallidæ, flavæ, nigræ & lividæ pro peccantium humorum ratione.

# F.

## Faucium & Gutturis Raucedini atque Aſperitati à cauſa calida conducunt.

Diacodion in ſolido uſitatum: *faucium aſperitatem lenit & raucedinem à calidis defluxionibus obortam aufert.*

Iuleb Violarum *gutturis faucium, ac aſperæ arteriæ afflictionibus, à ſalſi, aut acris humoris influxu enatis ſuccurrit.*

Lo-

Lohoch de Caulibus: *raucedini medetur.*

de Farfara: *faucium ac aſperæ arteriæ aſperitates lenit.*

Mel Paſſulatum: *aſperam arteriam lenit, & humectat.*

Roſatum Meſuæ: *aſperæ arteriæ, Columellæ, faucium & gutturis noxas depellere edoctum eſt.*

Roſatum ſimplex: *gingivarum tonſillarúmque imflammationes placat.*

Oleum Amygdalarum dulcium: *eo utimur ad gutturis, faucium, & ſpiritualium partium aſperitatem leniendam.*

Pulpa Caſſiæ: *guttur lenit.*

Pulvis Anonymus: *faucium aſperitatem mitigat.*

Syrupus Aurantiorum dulcis: *calidis faucium malis opitulatur.*

de Papauere erratico: *faucium inflammationibus medetur.*

Sempervivo utérque: *faucium ac linguæ ariditatem, & inflammationem tollit, ac prunæ morbo auxiliatur.*

Vio-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0087-8

Violatus ex ſucco foliorum: *efficaciſſimus eſt in faucium morbis calidis, gutturis aſperitatem mitigando, & raucedinem adimendo.*

Syrupus Violatus compoſitus: *refrigerando & humectando ad omnem arteriæ aſperitatem utilis exiſtit.*

Trochiſci Bechici albi: *faucium aſperitati proſunt.*

Bechici nigri: *guttur ac fauces leniunt à materia acri & calida.*

## Præfatis morbis à causa frigida auxiliantur.

Lohoch ſanum & expertum: *vocis aſperitati & raucedini à frigiditate natæ auxilio eſt.*

Mel Menthæ: *pituitoſos faucium tumores diſcutit.*

Species Diahyſſopu: *arteriam aſperam expurgant.*

Diaireos Salomonis: *faucibus exaſperatis & Columellæ fluxione tentatæ proſunt.*

Febri-

## Febribus bilioſis & tertianis opportuna ſunt.

Aurea Alexandrina: *tertianis circa acceſſionis initium cum decocto Stœchadi; eximiè medetur.*

Diacaſſia cum Manna: *flavam bilem eijcit; febréſque indè natas levat.*

Electuarium Diacatholicon: *febribus tertianis adverſatur.*

Diaprunis lenitivum: *commendatur ad febres tertianas continuas.*

Diaſebeſten: *confert bilioſis febribus interpolatis.*

Roſatum Meſuæ: *cholagogum hoc ſalubre eſt bilioſis affectibus ſanguinem bilioſum expurgando.*

è ſucco Roſarum: *febri tertianæ duplici, & ſimplici prodeſt; & tertianas ſine moleſtia purgat.*

Oxyſaccharum compoſitum: *febribus impuris, & tertianis nothis auxiliatur.*

Pulpa Caſſiæ: *flavam bilem infernè de-*

*turbat, atque ex hac natas febres mitigat.*

Rob de Berberis utrumque: *febribus bilioſis & tertianis opportunum.*

Syrupus Acetoſitatis Citri: *refrigerando & humectando bilioſarum febrium incendia potentiſſimè reſtinguit.*

de ſucco Acetoſæ: *febribus bilioſis admodùm gratus eſt.*

Agreſta, & de Berberis: *febribus bilioſis benefaciunt; bilémque reprimunt.*

Ceraſorum acidorum: *bilis ferociam domat.*

de Cichorio ſimplex: *febribus auxiliatur, & bilis acrimoniam frangit.*

de Endivia compoſitus: *febribus itidem bilioſis adjumento eſt.*

Eupatorio Meſuæ: *optimus eſt in febribus tertianis nothis ex bile & pituita craſſa.*

Fumaria ſimplex: *ex Viſcerum infarctu natas febres, præſertim bilioſas finit.*

Granatorum acidorum: *febribus bilioſis plurimùm auxilij eſt.*

de

de Limonibus: *affectibus bilioſis magis quàm ſyrupus de Citro conveniens.*

Lenitivus de Tribus: *in febribus tertianis admodùm ſalutaris exiſtit.*

Lupulo: *ad bilis effervecentis impetum in bilioſis febribus retundendum perutilis.*

Pomis ſimplex: *febribus bilioſis auxiliatur.*

Roſarum ſolutivus cum Ambubeia: *tertianas ſanat*

Violatus ſolutivus: *in febrium æſtibus bilioſis commendatur.*

*FEBRIS TERTIANA* in genere, daß drey tägige kalte Fieber / fit à bilioſo humore excrementitio, qui in prima Corporis regione continetur, ac putreſcit.

## Febribus quartanis auxiliatur.

Confectio Hamech major: *in quartanis feliciter datur cum Hellebori decocto, vel infuſo, quorum utriúſque deſcriptio in diſpenſatorio pagin. 65. inveniend.*

Electuarium Diacatholicon: *quartanis adverſatur.*

Diaſenæ Nicolai: *quartanâ laborantibus medetur.*

Flores Salis Armoniaci: *inſigne ſudoriferum in febribus præſertim quartanis.*

Mithridatium Damocratis: *initio acceſſionum coctâ jam materiâ in modum avellanæ cum vino vel aqua, cui Salvia ſeu Mentha incocta ſit, efficax exiſtit.*

Oxymel compoſitum: *quartanæ bono eſt inclinante potiſſimùm morbo.*

Elleboratum majus: *datur febribus cum decocto conveniente potiſſimùm quartanis.*

Pilulæ Indæ Haly & de lapide Lazuli: *quartanarijs auxilio ſunt, & quartanam profligant.*

Species Diacalaminthes Galeni, & Diacuminu: *quartanarijs plurimùm conferunt.*

Diatrion Pipereon & Diahyſſopu: *quartanarijs auxiliantur.*

Spiritus Theriacalis Camphoratus: *in*

*quar-*

*quartana egregiè confert ad ſudores eliciendos.*

Syrupus de Carthamo & Lenitivus de Tribus: *in quartana pellenda admodùm ſalutares.*

de Scolopendrio Fernelij: *quartanis febribus apprimè utilis exiſtit.*

Theriaca Andromachi: *præbetur in omni generis rigoribus, diuturnis, maximè verò quartanis, ſi quis ea poſt inclinationem artificiosè utatur.*

Unguentum Aregon Nicolai: *quartanas diſcutit.*

*FEBRIS QUARTANA*, das viertägiche kalte Fieber / eſt, cujus paroxyſmi quarto die recurrunt, & quos humor melancholicus in prima regione putreſcens producit.

## Febribus quotidianis opitulantur.

Aurea Alexandrina; *cum decocto Stœchadis circa initium acceſſionis eximiè medetur.*

Electuarium Diacatholicon: *ejuſmodi fe ribus adverſatur.*

D acarthami Arnoldi de Villa nova: *hemitritæo ſuccurrit.*

è ſucco Roſarum Nicolai: *quotidianarios ſine moleſtia purgat.*

Mithridatium Damocratis: *ad febres quotidianas initio acceſſionum coctâ jam materiâ efficax exiſtit.*

Oxymel compoſitum Meſuæ: *quotidianis febribus ſuccurrit.*

Syrupus de Carthamo: *iiſdem febribus opitulatur.*

*FEBRIS QUOTIDIANA* alltägiches Fieber/ eſt: quæ quotidie ſimili typo redit, ſed rariſſima hæc febris eſt & ex ſexcentis vix una talis reperitur.

*HEMITRITÆUS*, ſive, *FEBRIS SEMITERTIANA* eſt, quæ ex quotidiana continua, & tertiana intermittente, complicatis confunditur.

## Febribus contagioſis, malignis, & peſtilentibus reſiſtunt.

Aqua Bezoardica Theriacalis Mindereri: *febri-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0094-1
DFG

*febribus malignis adverſatur, & morbos contagioſos ſtrenuè oppugnat.*

Stapediana prima: *in morbis malignis mirificas vires obtinet.*

Antidotus Matthioli: *morbos malignos præcavet & expellit.*

Pulvis Bezoardicus Nicolai Præpoſiti: *contagioſis quibuslibet morbis adverſatur.*

Electuarij de Bolo uterque: *febribus malignis, peſtiferis, ac contagioſis potenter reſiſtit.*

Rubeus Pannonicus: *adverſus peſtilentium febrium noxas, & contagioſorum, ac venenatorum morborum invaſiones maximè potens eſt.*

Rob Iuniperinum: *plebi adverſus aëris infectionem, & contagioſos morbos antidotum familiare exiſtit.*

Species Cordiales Alexandri Benedicti: *febribus peſtilentibus, & malignis adverſantur.*

de Hyacintho: *in malignis febribus cor à tetrorum fuliginum, & pravorum vaporum inſultu tuentur.*

Liberantis: *illarum uſus multiplex eſt in febribus malignis.*

Contra Peſtem Ferdinandi Imperatoris: *adverſus malignarum febrium contagia, ac tam in curatione, quàm in præſervatione morborum contagioſorum plurimùm valere creditur.*

Spiritus Diatrion: *nobiliſſimum medicamentum ad materiam malignam in febribus diſcutiendam exiſtit.*

Syrupus Acetoſitatis Citri: *febres peſtilentes, aut gigni vetat, aut jam natas emendat.*

de ſucco Acetoſæ & Acetoſellæ: *peſtilentibus febribus conferunt.*

Florum Arantiorum & de Berberis: *peſtilentibus, & malignis ſalutares.*

de ſucco Cardui benedicti: *febribus malignis, & peſtilentibus conducit.*

Scabioſæ: *malignis febribus reſiſtit.*

Scordio ſimplex: *ejus uſus præcipuus eſt in peſtilentibus, & malignis febribus.*

Theriaca communis: *malignarum febrium primos inſultus reprimit.*

Tro-

Trochiſci de Vipera: *febribus peſtilentibus conveniunt.*

*FEBRIS MALIGNA CONTAGIOSA & PESTILENS* latè ſumpta, contagioſiſches/ vergifftes oder Peſtilentziſches Fieber/ eſt calor extraneus, & contagioſus, qui ex putrida ebullitione cujuſvis humoris circa cor accenſi, utplurimùm contingit, cum varia ſymptomatum complicatione.

## Cauſo Synocho & Febribus ardentibus acutísque proſunt.

Electuarium Diacatholicon: *acutis & peracutis morbis confert.*

Diaprunis lenitivum: *commendatur ad Cauſum, Synochum, & Lipyriam.*

de Pſyllio: *febribus ardentibus auxiliatur.*

è ſucco Roſarum: *malis omnibus à calore natis prodeſt.*

Lohoch de Papauere Meſuæ: *confert febribus ardentibus.*

Manus Chriſti ſimplices & cum Margaritis : *febribus ardentibus medentur.*

Pulpa Caſſiæ: *in acutis febribus exhibetur.*

Syrupus de Lupulo : *ſynochis utilis.*

Violatus ſimplex: *in febribus & morbis acutis commendatur.*

Trochiſci de Camphora & Santalis: *ad febres ardentes feliciſſimè uſurpantur.*

Tryphera Perſica: *valet ad febres acutas.*

*CAUSOS* ſeu *FEBRIS ARDENS*, hitziges ſtetes Fieber/ eſt febris continua ex putreſcente calidiore ſanguine ut plurimùm bilioſo in vaſis cordi proximioribus orta, ſiti incompeſcibili & exurente admodum caliditate moleſta.

*LIPYRIA* febris eſt, in qua intus in ipſis viſceribus calor ſentitur urens adeò, ut neque valdè ſubtilium veſtimentorum neque linteolorum velamenta, neque aliud quidquam præter

nu-

nuditatem ferre poſſint, cum externarum partium frigore & algore. *SYNOCHA* ein ſanles ſtäts bleibentes vnauffhörentes Fieber / continens febris eſt, cujus univerſum tempus una acceſſio, quæ vel ſemper in eodem vigore conſiſtit, vel minuitur, vel augetur, donec judicetur.

## Ardores & Æſtus febrium moderantur.

Decoctum Capillorum Veneris: *bilis flavæ ardorem compeſcit, & ſanguinis fervorem attemperat.*

Electuarium Diaprunis lenitivum: *ad omnem affectum febrilem in principio, augmento, & ſtatu ægritudinis commendatur.*

è ſucco Roſarum: *præbetur in calidis affectibus, ad purgandam materiam calidam & bilioſam.*

Oleum Mandragoræ: *commendatur ad omnem inflammationem in febricitantibus extinguendam.*

ſem-

ſeminis Papaveris albi: *utile eſt ad ardorem febrium mitigandum.*

Violarum: *præcordijs adhibitum febrium ardentium æſtus intolerabiles mitigat.*

Pulpa Prunorum: *febrilem calorem extinguit.*

Requies Nicolai: *calorem febrium mitiorem reddit.*

Rob de Ribes utrumque: *calorem febrilem mitigat.*

Species de Gemmis frigidæ: *magnis febrium inflammationibus conferunt.*

Diatrion Santalon: *febrium linioſarum ardoribus præcipuè in febrium declinationibus commodantur.*

Spiritus ſalis Nitri: *pro contemperando æſtu febrili commodiſſimè uſurpatur.*

Sulphuris & Vitrioli: *humorum in febribus incendia prohibent.*

Syrupus Acetoſitatis Citri: *æſtuantium incendia potentiſſimè reſtinguit.*

de Berberis & Ceraſorum acidorum: *ad febrium æſtus valdè efficaces.*

Fragis: *æſtuoſis febribus, ac internis incendijs convenit.* Li-

Limonibus: *internis incendijs ſummoperè conducit.*

Nymphæa uterque: *viſcerum & febrium æſtus mitigat.*

Papavere erratico: *ad ardentium febrium vehementes æſtus adhibetur.*

de Portulaca & de Ribes: *febrium ardores moderantur.*

Rubo Idæo & Sempervivo: *febrium æſtus mitigant, illarúmque ardores potenter extinguunt.*

Violatus ſimplex & Iuleb Violarum: *febrium incendia reprimunt.*

Trochiſci de Berberis: *ad illarum ardorem uſurpantur.*

Vnguentum Populeon: *febrium ardoribus cum Roſaceo, aut Violaceo mixtum convenit.*

## Febres Chronicas, Compoſitas, & Nothas adjuvant.

Decoctum aperitivum majus utrumque: *febribus antiquis opportunum.*

Electuarium Diaphœnicon Meſuæ: *febribus*

*bribus compoſitis & diuturnis auxiliatur.*

Extractum Diacitri Reuſneri: *in febribus omnis generis feliciter uſurpatur.*

Oxymel ſimplex Galeni: *febribus diuturnis, & nothis ex craſſa bile & pituita enatis convenit.*

Compoſitum Meſuæ: *efficacius eſt ſuperiore.*

Pilulæ Aggregativæ majores & minores: *ad diuturnas & complicatas febres plurimùm faciunt.*

de Ammoniaco Quercetani: *ad febres inveteratas & diuturnas tollendas, maximè conducunt.*

Eupatorio: *febribus periodicis, complexis, autumnalibus, diuturnis & antiquis perutiles.*

Rhabarbaro Meſuæ: *humores educunt multùm putres & indè natas febres diuturnas tollunt.*

Syrupus Acetoſus compoſitus: *febres compoſitas & nothas allevat.*

Aperitivus Magiſtralis Mindereri, & deEupatorio: *febribus diuturnis proſunt.*

de

de Carthamo: *febribus inveteratis opitulatur.*

de duabus & quinque radicibus: *febres compoſitas & nothas adjuvant.*

de Roſis ſimplex: *bilem crudam, & humores pituitoſos febrium fomitem obtinentes expulſioni apparat.*

## Febri Hecticæ ex uſu ſunt.

Diaprunis Lenitivum: *commendatur ad febres hecticas, marasmodes.*

Oleum Violarum: *hecticis præſenti eſt remedio.*

Trochiſci de Camphora: *ad hecticam utiliter adhibentur.*

Vnguentum infrigidans Galeni: *ubicunque refrigeratione, & humectatione opus eſt, ejus uſus eſſe poterit, unde hecticis prodeſt.*

*HECTICA FEBRIS*, ein verzehrentes/ dörſichtiges vnd ſchwindſichtiges Fieber/ eſt calor præter naturam in cordis ſubſtantia primò ac per ſe inhærens & infixus.

*MARASMODES FEBRIS*, ſive *TABIDA* in ſenibus & decrepitis immedicabilis eſt: daß iſt/dörrſichtiges Fieber in ſtainaten Leuthen iſt nit zu curiren.

## Febribus putridis ex humoribus ſalſis opem ferunt.

Electuarium lenitivum Florenzolæ: *febrium humoralium materiam ſubtrahit.*

Spiritus Vitrioli: *humorum putredini reſiſtit, & in varijs febrium generibus ſummæ eſt utilitatis.*

Syrupus Byzantinus uterque: *febres putridas mixtas ex humore bilioſo, & pituitoſo, ſolutu contumaces juvat.*

de Fumaria compoſitus: *febres putridas à pituitâ ſalſâ; utraque bile aduſtâ enatas curat.*

## Rigorem febrium ſedant.

Oleum Anethinum: *rigorem febrilem ſpinæ, ac partibus nervoſis acceßionis initio illitum eijcit.*

de Caſtoreo: *rigores acerrimos, & frigora febrium ſedat, ſpinæ dorſi illitum.*

Coſtinum & Laurinum: *ſpinæ illitum, rigorem febrilem mitigant & ejuscemodi rigori auxiliantur.*

Vnguentum Aregon: *præfato modo illitum febrium rigores diſcutit.*

## Flatus diſcutiunt.

Aqua Phyſogona: *inteſtinorum à flatibus diſtentorum murmura diſcutit.*

Stomachica: *flatus in ventriculo obortos diſſipat, & tollit.*

Balſamum Embryonum & Aqua Panacis Heraclei: *in mulieribus uteri flatus delent.*

Confectio poſt Paſtum & Tragœa groſſa: *flatus in ventriculo craſſos abigunt.*

Decoctum Carminativum: *in clyſteribus flatus potenter diſcutit.*

Electuarium Epiſcopi: *flatus è toto corpore educit: ſpecies ſeu pulvis tamen potiùs in uſu ſunt.*

Indum Majus : *flatus craſſos à partibus nutritioni ſervientibus diſcutit.*

è baccis Lauri : *adhibetur utiliter Enematibus flatus, vel evocantibus, vel diſcutientibus.*

Mel Anthoſatum & Rob Juniperinum: *flatibus diſcutiendis idoneum medicamentum.*

Micleta Nicolai Myrepſi : *utilis eſt inflaationibus inteſtinorum.*

Oleum Abſynthij : *flatus in ventriculo conceptos diſsipat.*

Nucum Juglandium & Emplaſtrum de Meliloto : *ad flatus craſſos diſſipandos & reſolvendos commendantur.*

Rutæ : *ad flatus craſſos clyſteribus injectum evocandos idoneum.*

Pilulæ Aureæ : *ad inflatos valdè probantur.*

de Caſtoreo : *flatus craſſos diſpellunt.*

Species Aromaticæ Caryophyllatæ : *flatus diſſipant.*

Aromaticæ Roſatæ : *flatus ventriculum diſtendentes diſcutiunt.*

Dia-

Diacuminu , Diacrocu , & Diaſpoliticon : *ad flatus craſſos in ventriculo diſsipandos potentes , & efficaces exiſtunt.*

Diagalangæ : *flatus craſſos , atque ab eis natas inflationes abigunt.*

Dianiſu & Diacalaminthes : *flatus craſſos in ventre collectos diſſipant.*

Diapraſiu : *inflationes ventris diſsipant.*

Diatrion Pipereon : *commendantur in flatuum copia à cruditate.*

Ducis : *inflationem inteſtinorum corrigunt.*

Theriaca Auguſtana & Acorus conditus vulgaris : *inflatos adjuvant.*

Trochiſci de Aniſo : *ad flatus diſcutiendos efficaces.*

Capparibus : *flatus hypochondriacos ſolvunt.*

Eupatorio : *flatus corporis diſcutiunt.*

Syrupus de Abſynthio & corticibus Arantiorum : *flatus diſcutiunt , & diſpellunt.*

de Chamæmelo : *additur potiſsimùm*

*in Enemata, ubi craſſos flatus evocare neceſſe eſt.*

Eupatorio Meſuæ: *flatus in ventriculo, aut hepati innatos diſſipat.*

Menthâ major: *ad humiditatem ſupervacaneam ſuis flatibus ventriculum turbantem utilis exiſtit.*

## Fluxus cöercent.

Ceratum Sparadrap: *fluxiones quacunque corporis parte intercipit, & ad locum affectum devolvi vetat.*

Emplaſtrum Diaphœnicon utrumque: *fluxum hepaticum coërcet.*

Oleum Chamæmelinum: *fluxus cohibet vi ſuá modicè aſtringente.*

Rob de Agreſta: *fluxus malignos, ac colliquantes coërcet.*

## Fœtum in utero retinent.

Balſamum Embryonum: *fœtum infirmum roborat.*

Philonium Perſicum: *fœtum in utero retinet.*

Pul-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0108-5
DFG

Pulvis contra Abortum : *prægnantibus utilis, ſi tragæis admiſceatur.*

## Fœtum mortuum & ſecundinas eijciunt.

Aqua Panacis Heraclei compoſita : *ſecundinas pellit.*

Mithridatium Damocratis : *fœtum mortuum ejicit.*

Oleum Samſuchinum, ſeu Majoranæ: *ſecundinas extrahit.*

Pulvis Hyſtericus ; *ſecundas moram trahentes propellit.*

Partum provocans : *fœtus excluſionem promovet, ſi detur ex aqua Liliorum alborum.*

Theriaca Andromachi : *mortuos fœtus ejicit, data cum peſſo aut aqua mulſa, Rutâ tamen, aut dictamno prius in ijs liquoribus incoctis fabæ magnitudine.*

Trochiſci de Myrrha : *fœtum mortuum, ſed præcipuè ſecundinam tardantem*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0109-3

*præſenti remedio expellunt, exhibentur è decocto granorum Juniperi.*

*SECUNDINA* eſt membrana extima fœtûs Vulvæ prægnantis Mulieris adhærens.

*SECUNDÆ*, die Nachgeburt / non modo extima fœtûs membrana, ſed totum etiam fœtûs involucrum tribus membranis compactum ſignificat.

## Fracturis utilia ſunt.

Emplaſtrum Catagmaticum: *vires habet inſignes ad fracturas oſſium ſanandas.*

Ceroneum Nicolai: *oſſium fracturis, & luxationibus, commodat, repellit, concoquit, mollit.*

Oxycroceum commune: *ad oſſium fracturas*, Beinbrüch / habile eſt.

## Furioſis & inſanis medentur.

Aurea Alexandrina: *furioſorum incompoſitos motus compeſcit.*

Hie-

Hiera Pachij ex Nicolao Alexandrinò: *furioſos ſanat.*

Pulpa Tamarindorum: *inſaniam, ac furorem permulcere creditur.*

## G.

## Ad Genitalium ulcera depaſcentia.

Emplaſtrum Apoſtolorum: *uſurpatur ad pudendorum depaſcentia ulcera cum Roſaceo injectum, cum quo etiam muliebribus malis peſſo ſuppoſitum confert.*

Emplaſtrum de Meliloto: *eo utimur in inguinum Bubonibus ad incidendum, emolliendum, attenuandum, diſcutiendum, & calefaciendum.*

Oleum Hyoſcyami: *in phlegmone & ex ulceratione partium pudendarum utriúsque ſexus præ reliquis locum habet.*

*Bubo* vulgò Froſt-Beulen/ Froſt-Bläung/ tumor eſt præter naturam, in collo, ſecus aures, vel inguina.

## Gravidis ex uſu ſunt.

Balſamum Embryonum : *gravidam unà cum fœtu confortat, exteriùs admotum vel interiùs ſumptum.*

Pulvis contra Abortum : *datur gravidis ex vino odorifero vel ovo ſorbili.*

Species Diamargariton calidæ : *mulieres utero ferentes juvant.*

# H.

## Hæmorrhoides ſiſtunt & illarum dolores placant.

Micleta Nicolai & Philonium Perſicum : *ad hæmorrhoides fluentes commendantur.*

Oleum ſeminis Lini & è floribus Verbaſci : *hæmorrhoidum dolores ſedant.*

Syrupus de ſucco Plantaginis : *hæmorrhoides nimiùm fluentes reprimit ac reſtingit, internóſque ſinus glutinat.*

Tryphera minor Saracenica : *fluorem illarum nimium cohibet.*

Vnguentum de Comitiſſa: *hæmorrhoidum ſuperfluum profluvium ſiſtit.*

Ad hæmorrhoidas: *illarum acerbiſſimos dolores placat.*

*HÆMORRHOIDES*, die guldene Aderflüß/ ſanguifluas venas, in ano exiſtentes appellant Medici.

## Hæmorrhagiam ſiſtunt.

Athanaſia magna: *facit ad profluvium ſanguinis narium.*

Eſſentia croci Martis: *conducit in ſiſtendis ejusmodi fluxionibus.*

Magiſterium Aluminis: *ſtypticum præclarum in immodicis hæmorrhagijs.*

Philonium Romanum: *hæmorrhagias cohibet.*

Pulvis Stegnoticus: *ad omnes fluxus ſanguineos narium commendatur.*

Rob Ribium utrumque: *hæmorrhagiam curat.*

Trochiſci Ramich: *omnem ſiſtunt naribus immiſsi hæmorrhagiam.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0113-2 DFG

de Terra ſigillata: *varij generis hæmorrhagias ſiſtunt.*

*HÆMORRHAGIA*, licèt omnem ſanguinis fluxum à quacunque corporis parte promanantem ſignificet, hîc loci tamen peculiariter & ſimpliciter ſumitur, ac denotat profluvium, quod è naribus contingit. Vulgò, das ſchweiſſen und bluten auß der Naſen.

## Hepatis & Viſcerum obſtructiones allevant.

Aqua Fumariæ compoſita: *hepatis obſtructiones aperit.*

Electuarium Chalybeatum: *eſt illius uſus in jecoris diuturna obſtructione.*

Oleum Sambucinum: *hepati obſtructo confert.*

Oxyſaccharum compoſitum: *jecinoris obſtructionibus prodeſt.*

Pilulæ de Eupatorio & Rhabarbaro: *illius obſtructiones reſerant.*

Syrupus Acetoſus ſimplex: *obſtructiones*

*nes viſcerum reſerat, & jecoris infarctus penetrat.*

Aperitivus Magiſtralis Mindereri : *omnibus omnino hepatis obſtructionibus ſalutaris.*

de Cichorio cum Rhabarbaro : *valet ad viſcerum impuritatem, & hepatis obſtructionem tollendam.*

duabus & quinque Radicibus : *obſtructiones viſcerum levant & jecoris infarctus penetrant.*

de Eupatorio : *obſtructionibus jecoris ex bile, aut pituita craſſa natis convenit.*

Trochiſci de Abſynthio : *obſtructiones hepatis levant partes naturales omnes roborando.*

de Agarico : *conferunt viſcerum obſtructionibus, & utplurimùm morbis partium naturali facultati dicatarum.*

Capparibus : *ijs utimur ad hepatis obſtructiones ex craſsa materia profectas.*

Eu-

Eupatorio : *ad omnem illius viſceris obſtructionem efficaces ſunt.*

## Calidam intemperiem & inflammationem Hepatis reſtingunt.

Electuarium lenitivum de Manna & Tryphera Perſica: *ad jecur calefactum non nihil refrigerandum & ſanguinem purgandum accommodata exiſtunt.*

de Pſyllio : *jecori ſupra modum calefacto ſuccurrit.*

Oleum Amygdalarum dulcium & Violarum: *jecoris immoderatum calorem reſtingunt, & omnem intemperiem ſedant.*

Pulvis pro Epithemate Hepatis: *jecoris inflammationi confert, ejuſque exæſtuationem temperat cum aqua appropriata.*

Species de Gemmis frigidæ & Diatrion Santalon: *jecinoroſis proſunt ex calore.*

Syrupus de Agreſta: *intemperiem calidam hepatis reſtringit.*

de

de Cichorio & Endivia ſimplex: *illius intemperiem emendant.*

Cichorio cum Rhabarbaro: *uſurpatur ad hepatis intemperiem calidam nutritionis inſtrumenta firmando.*

Lupulo & Portulaca: *jecoris intemperiem calidam moderantur.*

Trochiſci de Camphora: *ad hepatis intemperiem calidam & ſanguinis fervorem adhibentur.*

de Santalis & Spodio: *ad jecoris intemperiem calidam adhibentur.*

Vnguentum Roſarum Meſuæ & Ceratum Santalinum: *calidam hepatis intemperiem emendant & mitigant.*

## Hepatis intemperiem frigidam corrigunt.

Oleum Laurinum: *hepatis affectibus frigidis medetur.*

Species Diacurcumæ: *hepatis morbis frigidis & diuturnis conveniunt.*

Diagalangæ & de Gemmis calidæ: *hepatis intemperiem frigidam ſanant.*

Lætificantes Galeni: *jecoris intemperi-*

*peri-*

*periem humidam , & frigidam corrigunt.*

## Hepatis imbecillitatem obfirmant.

Aqua Fumariæ compoſita : *hepar roborat.*

Decoctum florum & fructuum : *jecur recreat.*

Electuarium Diacatholicon : *jecinoroſis robur addit.*

Emplaſtrum Diaphœnicon calidum & Ceratum ſtomachale : *hepar firmant, & roborant.*

Oleum Cydoniorum : *ad jecoris imbecillitates utile.*

Syrupus de Abſynthio : *hepatis debilitati præſertim à cauſa frigida ſuccurrit.* de Fumaria uterque & de Stœchade ſimplex : *hepar roborant , & obfirmant.*

Tinctura Roſarum : *inſigne hepati confortativum exiſtit.*

Tro-

Trochiſci Ramich: *hepatis imbecillitates firmant.*

Typhera minor & Saracenica: *hepar ſuo calore roborant.*

## Hepatis dolores leniunt.

Emplaſtrum de baccis Lauri : *jecoris dolorem à flatibus aut intemperie frigida ortum ſanat.*

Oleum ex Piſtachijs & Pineis: *dolores hepatis potenter leniunt.*

Philonium Romanum: *dolorem hepatis ab intemperie frigida, craſſis aut crudis humoribus excitatos ſedat.*

Pilulæ de Rhabarbaro : *jecoris dolorem ſanant.*

Vnguentum de Althæa ſimplex & Martiaton: *ad frigida mala hepatis, laterúmque dolorem feliciſſimè adhibentur.*

## Hepaticis benefaciunt.

Hiera Pachij & Hiera Logadij : *jecinoroſis conferunt, faciúntque ad lateris do-*

*lores*

*lores: uſus eorum præcipuè in clyſteribus.*

Species de Gemmis frigidæ, Diarhodon Abbatis & Diatrion Santalon: *hepaticis auxiliantur.*

Diatrion Pipereon: *ex frigore & cruditate jecinoroſos juvant.*

Trochiſci de Lacca, Diarhodon & Rhabarbaro: *hepaticis conferunt.*

## Hepatis tumores & duritiem reſolvunt.

Acetum Scilliticum: *ad jecoris duritiem vehementer facit.*

Emplaſtra Diachyla omnia: *ad ſcirrhos hepatis & partium quarumcunque durities reſolvendas ex uſu ſunt.*

Oleum Irinum: *tumores duros hepatis emendat.*

Species Dialaccæ majores: *duritiem & ſcirrhum hepatis diſſolvunt.*

Trochiſci Cypheos *commodè dantur ijs, qui jecur exulceratum habent.*

Ad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0120-0

## Ad Hepatis varíos affectus conducibilia ſunt.

Decoctum aperitivum majus : *ad diuturnos hepatis affectus opportunum.*

Extractum Agarici : *pituitam lentam & craſſam ex jecore purgat.*

Pilulæ Aggregativæ majores : *ad varios jecoris affectus ſunt efficaces.*

Stomachicæ : *humores præſertim eos, qui jecur obſident, evacuant.*

Theriaca Andromachi : *hepaticos affectus curat.*

## Humores ſalſos & aduſtos attemperant.

Decoctum Fumariæ : *ſanguinem ab aduſtis humoribus repurgat.*

Epithymi : *bilem atram, & pituitam ſalſam vacuat.*

Electuarium Diaſebeſten : *acres humores per urinam educit.*

Lenitivum de Manna : *ad atram bilem reprimendam efficax.*

de Pſyllio : *bilis fervorem temperat.*

Extractum Melanagogum : *atram bilem, ac ſalſos, aduſtos, & retorridos humores evocat.*

Oxyſaccharum ſimplex : *humori ferventi refrigerando conducit.*

Pilulæ de Fumaria : *acres ac aduſtos humores ſolvunt.*

Nitro : *utramque bilem deturbant, unde earum uſus celebris in humoribus aduſtis.*

Pulpa Tamarindorum : *præaſſatos humores lenit.*

Rob Sambucinum : *ſerum acre, nec non bilioſi ichoris abundantiam ejicit.*

de Berberis : *utramque bilem Ventriculo infeſtam reprimit.*

Syrupus de Fumaria compoſitus : *eosdem humores propellit.*

de Fumaria ſimplex : *aduſtos, ſalſos, ac retorridos concoquit.*

Polypodio : *atram bilem, & humores aduſtos prolicit.*

Trochiſci de Camphora : *bilis & ſanguinis fervorem temperant.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0122-2

# Humores craſſos attenuant & incîdunt.

Aqua Antiſcorbutica : *humorem fæculentum & melancholicum attenuat.*

Decoctum aperitivum lenitivum minus, florum & fructuum : *omnes in univerſum humores ad expulſionem præparant incîdendo, concoquendo, & abſtergendo.*

Lohoch ad Aſthma : *materiam craſſam in pectore & thorace contentam incîdit, tenuat, & expulſioni apparat.*

de Pino : *humores in thorace craſſos incîdit & attenuat.*

Sanum & Expertum : *craſſos itidem in thorace & pulmone humores incîdit, & extenuat.*

è ſucco Scillæ Galeni : *incîdit, tenuat, & expulſioni apparat materiam, quæ thoracis cavo continetur.*

Mel Roſatum ſimplex : *humores crudos concoquit, & detergit.*

Oleum Philoſophorum : *eſſentiæ tenui-*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0123-7

*tate altum penetrat , digerit, materiam omnem excrementoſam conſumit.*

Oxymel utrumque : *crudam , craſſam apparando, incîdendo, & tenuando, pituitoſam ſuccorum copiam coacervantibus aptum.*

Pilulæ de Nitro : *pituitæ lentitiam diſſipant.*

Eupatorio : *craſſos & tenues humores educunt.*

Species Diacalaminthes : *tenaces & viſcidos humores attenuant.*

Diatrion Pipereon Galeni : *dandæ ſunt ijs , qui ſuccum plurimum pituitoſum in primis venis coacervárunt.*

Syrupus Acetoſus uterque : *humorum craſſitiem incîdunt & attenuant.*

de Artemiſia : *incîdit , aperit , & potentiſſimè tenuat.*

Byzantinus utérque : *humores tenaces, & lentos incîdit, ac tenuat.*

de Calamintha & Eupatorio: *aperiunt, incîdunt , tenuant , tergunt, & digerunt.*

de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0124-3 DFG

de Carthamo : *incîdit, extenuat, aperit pituitoſos humores per alvum leniter educendo.*

de duabus & quinque radicibus : *humorum craſſitiem extergunt, & lentitiam incîdunt.*

Stœchade compoſitus & Fernelij : *pituitam craſſam in cerebro contentam diſſecant, digerunt, & tenuant.*

Trochiſci de Capparibus : *potenter humores diſſecant & attenuant.*

Vnguentum Pectorale : *maturat, humores craſſos digerit, & attenuat.*

## Hydropi.

*HYDROPS IN GENERE*, Waſſerſucht / eſt aqua inter cutem, in quo per cutem extentam, ſive aër et flatus, ſive humor aliquis in profundo concluſus, locatur.

Decoctum aperitivũ majus & cum Rhabarbaro : *hydropi opportuna ſunt.*

Diacorum Meſuæ : *hydropicos curat.*

Emplaſtrum de baccis Lauri : *ad hydro-*

*pem, Aſcitem, & Tympanitem ſit mirabile, ſi ſtercus capræ, aut vaccæ, ſiccum pondere adjiciatur.*

Ceroneum : *aquam inter cutem à frigida jecoris intemperie natam ſanat.*

Extractum Diacitri & gummi Gamandræ : *à ſeroſis humiditatibus totum corpus humanum ſine omni periculo, & difficultate purgant : unde ingenti cum fructu, & commodo in Hydrope uſurpantur.*

Melampodij ſeu Ellebori nigri : *aquæ intercuti opem fert.*

Phlegmagogum Quercetani : *hydropicos juvat.*

Magiſterium Tartari Vitriolati : *generale digeſtivum eſt in hydrope.*

Oxymel Elleboratum : *hydropicis ſpirationem facilitat.*

Pilulæ Hydroticæ : *aquas & tenue ſerum evacuant.*

de Mezereo : *hydropem, Aſcitem & Anaſarcam juvant.*

Rhabarbaro : *hydropem incipientem ſanant.*

Pul-

Pulvis Cachecticus Quercetani : *Leucophlegmatiam feliciter curat.*

ſolutivus de Tribus & Stockſtaldi : *hydropi incipienti opitulantur.*

Rob Ebulinum & Sambucinum : *hydropicos juvant præſertim ex Leucophlegmatia laborantes.*

Species Diacurcumæ & Dialaccæ majores : *aquæ intercuti medentur.*

Diaturbit cum Rhabarbaro : *aquâ inter cutem laborantibus mirificè conferunt.*

Spiritus Salis : *hydropicis inprimis ſingulare remedium præbet.*

Syrupus Aperitivus Mindereri, & de Eupatorio : *hydropi proſunt & ſuccurrunt.*

Byzantinus compoſitus : *incipientem antevertit.*

Diaſereos, Domeſticus & florum Perſicorum : *hydropicos plurimùm adjuvant ſeroſos humores per alvum exturbando.*

Theriaca Andromachi : *cum decocto Aſari Anaſarcam curat.*

Tinctura Coralliorum : *in Leucophlegmatia, Hydrope proficuum medicamentum.*

Trochiſci de Eupatorio : *hydropi incipienti ſuccurrunt.*

de Lacca : *Aſciten pellunt urinas movendo.*

Rhabarbaro : *hydropicis proſunt, aquei, acris, ac ſeroſi humoris dejectione ejusmodi affectus tollunt.*

de Xyloaloë Meſuæ : *hydropicis auxiliantur.*

Vnguentum Agrippæ : *ad partium tumores laxos ſeu œdemata valet.*

de Arthanita majus : *hydropicos mirè juvat ſeroſum excrementum largè evacuando, ſi hypogaſtrium inungatur.*

Martiaton : *ad hydropicos expertam habet commendationem.*

*Tres ſpecies proponuntur Hydropis apud Medicos; ASCITES ſcilicet TYMPANITES & ANASARCA.*

Prima ſpecies *ASCITES* nominatur; tumor abdominis eſt à ſeroſo humore

in

in illius capacitate collecto ortus : ut plurimùm non ſolùm abdomen intumeſcit, ſed etiam ſcrotum, tibiæ & pedes.

Secunda *TYMPANITES*, à tympano dicitur, quando abdomen inſtar tympani tenſum eſt, à flatu aut ſpiritu copioſo in abdominis capacitate concluſo.

Tertia *ANASARCA*, ſeu *LEVCOPHLEGMATIA* nuncupatur, quando humor pituitoſus in totum corporis habitum diffunditur, qui adeò tumidus, & albus inſtar papyri apparet.

## Hydrophobiæ.

*HYDROPHOBIA*, vulgò Waſſerſcheuhe / appellatur, delirium nimirum, quod ij incurrunt, qui à rabido animante demorſi fuêre, in quo aquam, & omnia liquida, ac potulenta averſantur.

Theriaca Andromachi: *ex ferarum ictu illa-*

*illatum venenum & aquæ formidinem ( hydrophobiam vocant ) peſſimè ſanè & curatu difficilem morbum, aut potiùs incurabilem aſſiduè data ſæpè ſuſtulit.*

## Hypochondrijs & illorum doloribus conferunt.

Electuarium Senatum : *mirum in modum convenit hypochondriacis.*

Eleſcophi : *eorum doloribus ex flatibus prodeſt.*

Emplaſtrum de Meliloto : *ad illarum tenſionem laxandam ac dolorem à frigido ſedandum efficax eſt.*

Oleum Chamæmelinum : *hypochondriorum tenſionibus utile.*

Species Diacuminu : *hypochondriorum diſtenſionem à nimia cruditate & flatibus profectam auferunt.*

Trochiſci de Capparibus : *ipſorum dolores flatulentos ſolvunt.*

# Hyſtericis.

*HYSTERICA PASSIO* ſeu *VTERI STRANGVLATIO*, Aufſſteigung oder Erſtöckung der Mutter / in qua jacens mulier, quaſi exanimis videtur ſuffocari: hinc & Vteri *STRANGVLATVS* dicitur.

Aqua Hirundinum compoſita major: *uteri ſuffocationes plurimùm juvat.*

Phyſogona & Panacis Heraclei: *uterinis affectibus medentur, præſertim verò præfocationibus.*

Confectio Archigenis: *confert uteri præfocationi.*

Electuarium Diabelzamer: *paſſionibus hyſtericis convenit mirum in modum.*

Elixir Vitæ Matthioli: *fœminas uteri ſtrangulatu decidentes revocat.*

Vterinum Crollij: *ad varios uteri morbos ſuffocationem minitantes mirum & verum præſtat remedium.*

Extractum Diapæonias: *in ſuffocatione uterina plurimùm valet.*

Ole-

Oleum Amygdalarum amararum : *uteri ſtrangulatus ſuppoſitum ſanat.*

Anethinum : *Vulvarum caſus ferè omnes componit.*

Cheyrinum & Nardinum utrumque: *uteri ſuffocationi medentur.*

Sampſuchinum : *uteri ſtrangulatum recreat.*

Philonium Meſuæ : *præfocationes uteri ſedat.*

Pulvis hyſtericus : *Matricis ſuffocationem abigit.*

Species Diamargariton calidæ : *Vteri præfocationes juvant.*

de Gemmis calidæ : *Vteri præfocationes ſanant.*

## I.

## Icteritiæ.

*ICTERVS*, die Gelbſucht / eſt color flavus totius corporis à bilis in cutem univerſam effuſione proveniens.

Decoctum Aperitivum majus : *ictero opportunum.*

Ele-

Electuarium Chalybeatum : *albo virguncularum ictero medetur.*

de Pſyllio & Roſatum Meſuæ : *morbo regio ſuccurrunt.*

Extractum Ellebori nigri : *arquato convenit.*

Diacitri Hieronymi Reuſneri : *in ictericia feliciter uſurpatur.*

Magiſterium Tartari Vitriolati : *in ictero multo cum fructu exhibetur.*

Oleum Sambucinum, & Carthami : *regio morbo opitulantur.*

Pilulæ de Eupatorio & Indæ Halij : *ictero nigro*, ſchwartze Gelbſucht / *fædatis auxilio ſunt.*

Species Diarhodon Abbatis, & Diatrion Santalon : *ictericis auxiliantur.*

Spiritus Tartari : *in ictero mira præſtat.*

Theriacalis camphoratus : *egregiè ad ſudores eliciendos in ictero confert.*

Salis compoſitus : *in ictericis uſus eſt.*

Syrupus de Abſynthio : *felle ſuffuſos & auriginoſos juvat.*

Byzantinus ſimplex & compoſitus: *regio morbo validè ſuccurrunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0133-3

de Cichorio cum Rhabarbaro: *ad fellis ſuffuſionem ſeu icterum uſurpatur.*

Diaſereos: *auriginoſos felle ſuffuſos juvat.*

de Fumaria compoſitus: *icterum utrumque propulſat.*

Fumaria ſimplex & Lupulo: *icterum extergunt.*

Polypodio & pulpa Tamarindorum: *arquato correptis auxilio ſunt.*

Theriaca Andromachi: *morbo regio laborantes ſtrenuè curat.*

Trochiſci de Camphora, Eupatorio, & Rhabarbaro: *ictericis plurimùm proſunt.*

Tryphera Perſica: *icterum calidum ex obſtructione ſanat, ſuffuſionem à vaporibus vitioſis viſui incommodantem diſcutit.*

## Iliacæ paſsioni.

*ILIACA PASSIO*, Verwicklung der dünnen / langen vnd magern Därm mit gröſten Schmertzen/vnd wird ins gemein

das

das *Miſerere mei*, genannt / eſt motus Ilei aliorúmque periſtalticus inverſus, in quo alvus conſtringitur & quæ per inferiora ejici deberent, ad ventriculum feruntur ac per vomitum expelluntur.

Electuarium è baccis Lauri: *commendatur & utiliter adhibetur enematibus ad iliacam paſſionem.*

Oleum Irinum: *facit ad ilei cruciatus.*

Pilulæ ſine quibus eſſe Nolo: *Iliacos juvant.*

Species Lithontribontes: *iliorum obſtructiones à frigidis & craſſis ſuccis ortas expediunt.*

Syrupus de Chamæmelo: *magnificus ejus uſus eſt in iliaca paſſione, præſertim in clyſteribus.*

## Incubo.

*INCVBVS* Latinis, Germanis Schwermütigkeit deß gantzen Leibs im Schlaff / als wann einem ein Truth erdrucken und erſtü-

erſtücken wolte / *EPHIALTES* græcis dicitur, eſt nocturna corporis oppreſſio, & quaſi ſuffocatio, cùm quis ſomni ab initio, ſupinus jacens grandi ſe mole opprimi, atque ab alio invadi imaginatur cum difficili reſpiratione, immobilitate, ac voce præpedita.

Aqua Hirundinum uſitata : *incubo auxiliatur.*

Hiera Pachij ſeu Diacolocynthidos : *ſubitas præfocationes & incubum aufert.*

Pulvis Marchionis : *prodeſt hic pulvis incubo laborantibus.*

## Inflammationes compeſcunt.

Diachyla omnia : *recentia vulnera ab inflammatione vindicant, & in duris inflammationibus ac tumoribus calidis utuntur.*

Oleum Liliorum alborum ſimplex : *omnem inflammationem cum vitellis ovorum inunctum rarefacit,*

Man-

Mandragoræ : *commendatur ad omnem inflammationem extinguendam.*

Roſatum vulgare : *inflammationes extinguit.*

Violaceum : *ad furentes inflammationes idoneum.*

Rob Diamoron uſitatum : *ad inflammationes tonſillarum uſus percelebris.*

Sal ſive Saccharum Saturni : *extrinſecus uſurpatum contra inflammationes mira præſtat.*

Syrupus de Limonibus : *internis incendijs ſummoperè conducit.*

Lupulo, *ebullitionem ſanguinis temperato calore compeſcit.*

Sempervivo utérque : *inflammationem tollit, ac internis incendiis auxiliatur.*

Vnguentum Jovis : *inflammationes, ac calidos quosvis tumores potenter reprimit.*

de Liquiritia : *inflammationes partium inſolentes, ſacros ignes, ab ichoribus*

*ſanguinis calidis, aut bile natos perſanat,*

## Inſomnia levant.

Oleum Papaverinum: *temporibus illitum inſomnia mitigat.*

Pulvis Epilepticus: *terrores nocturnos fugat.*

Species Diamoſchu dulces: *Commendantur ad tumultuoſa inſomnia.*

Syrupus de Nymphæa compoſitus Franciſci Pedemontani: *inſomniam levat.*

de Nymphæa ſimplex: *Veneris inſomnia cohibet.*

## Intemperiem calidam emendant.

Ceratum Santalinum: *calidas intemperies emendat.*

Emplaſtrum Dyachylon parvum Meſuæ: *ad intemperiem calidam efficaciſſimum.*

 Ole-

Oleum Nymphææ : *intemperaturæ partium calidæ commodum.*

Papaverinum : *intemperiem calidam ſanat.*

Violarum : *intemperiem calidam extinguit.*

Species Diatrion Santalon : *intemperiem omnem calidam emendant.*

## Intemperiei frigidæ conferunt.

Oleum Maſtichinum : *in intemperie frigida & ſicca ſalubre exiſtit.*

Laurinum : *intemperiem omnem partium frigidam ſolam, aut cum pituita & flatibus ſanat.*

## Inteſtinorum tormina ſedant.

Electuarium Hieræ compoſitæ : *probè pituitam lentam & frigidam inteſtinis adhærentem elicit.*

è baccis Lauri : *doloribus inteſtino-*

*rum ex cauſa frigida, vel flatuoſa opitulatur.*

Oleum Anagallidis & Liliorũ Convallium : *tormina puerorum mitigant.*

Irinum : *facit ad inteſtinorum tormina.*

Theriaca Andromachi : *inteſtinorum cruciatus ſedat.*

Trochiſci Alhandali : *exhibentur ad viſcidam pituitam ex inteſtenis deturbandam.*

## Iſchiadicis.

*ISCHIADICA PASSIO*, Lend- vnd Hüfftwehe / kalt Vergicht / dicitur, quæ nates, lumbos, & os ſacrum infeſtat, ac in femur, tibiam, & extremum pedem porrigitur.

Aurea Alexandrina : *iſchiadicis præſenti auxilio eſt.*

Electuarium Hieræ Logadij : *iſchiadicis & lumborum dolore vexatis admodùm competere creditur.*

Emplaſtrum Iſchiadicum : *commendatur*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0140-2

*tur ad protuberantes dolores iſchiadicos placandos & auferendos.*

Oleum ex Euphorbio : *in coxarijs inveteratis, ac profundis articulorum querelis ex alto evocandis laudatiſſimum remedium.*

Hyperici, Laurinum & Philoſophorum : *utiliter iſchiadicis adhibentur.*

de Piperibus Meſuæ : *coxarijs medicatur.*

Pilulæ de Nitro & Trochiſci Alhandali : *iſchiadicis auxiliantur.*

# L.

## Laſſitudinem juvant.

Oleum Anethinum, Chamæmelinum, & Laurinum : *laſſitudinem juvant, & diſcutiunt.*

Sampſuchinum : *acopum eſt, & laſſitudinibus utile.*

Tryphera Saracenica : *laſſitudinem tollit.*

# Lepræ & Elephantiaſi.

*ELEPHANTIASIS* græcis, noſtratibus *LEPRA*, der Siechthum/der Außſatz/ Cancer ſecundum Paulum Sorbait, eſt univerſi corporis, cum cutis aſperitate ſquammis, prurigine dolorifica, & maculis quibusdam ad atrum colorem vergentibus.

Decoctum Epithymi,& Trochiſci de Viperâ: *elephantiacos juvant.*

Electuarium Senatum, & Confectio Hamech: *elephantiæ, impetigini, cancro, & ſimilibus morbis mirificè conferunt.*

Hieræ Logadij; *elephantiacis inter initïa convenit.*

Extractum Melampodij; *lepræ & elephantiaſi opem fert.*

Melanagogum Quercetani: *pſoræ & elephantiaſi medetur.*

Pilulæ Fœdidæ majores: *Alphos & Elephantiaſin emendant.*

Indæ Haly: *perutiles ſunt ad elephantiaſin, & alphos nigros curatu difficiles.*

de

de lapide Lazuli ſive Cyaneo : *cancrum, & elephantiaſin profligant.*

Pulpa Tamarindorum : *lepram patientibus commodè adhibetur.*

Syrupus de Epithymo, & Fumaria compoſitus : *impetiginem emendant, pſoram, cancrum, lepram ſeu elephantiam depellunt.*

*ALPHUS* ſeu *Vitiligo* dicitur, quando color cutis immutatur : non tamen totius, ſed ſparſim magnæ maculæ præſertim albæ & pituitoſæ in ſumma cutis ſuperficie in corpore oriuntur.

*CANCER* der Krebs / eſt tumor præter naturam â bile atra ortus, lividi, fuſci aut ſubnigri coloris, in quo venulæ quædam repletæ & turgidæ primò occultæ, deinde manifeſtæ â craſſo & nigriore ſanguine fæci vini ſimiles ſunt.

*IMPETIGO* ſeu *LICHEN* eſt cutis aſperitas dura & ſicca cum ingenti prurigine.

*PSORA* differt â *Lepra*, quia in *Pſora* ſumma cutis occupatur, in *Lepra* malum altius aſcendit, ſubjectásque ſævit partes. Inſuper in *Pſora* furfuracea fit cutis; in *Lepra* ſquammoſa.

## Lethargicis.

*LETHARGVS* ſive *VETERNVS*, die Schlaffſucht / propriè dictus, eſt perpetua dormiendi neceſſitas, cum omnium rerum oblivione, delirio perpetuo, & febri lenta.

Aqua Epileptica Langij: *hæc aqua præſtantiſſima eſt ad Lethargum tam interius ſumpta, quàm exteriùs admota.*

Electuarium Hieræ Logadij: *Lethargicis utilis eſt.*

Oleum ex Euphorbio: *Lethargicis adhibetur naribus immiſſum.*

Pulvis ad Naſalia: *Lethargo prodeſt craſſa phlegmata per nares evocando.*

Lie-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0144-4
DFG

# Lienis obſtructiones reſerant & illius duritiem diſſipant.

Acetum Scilliticum : *ad lienis duritiem vehementer facit.*

Aqua Antiſcorbutica : *obſtructiones liberat lienem roborando.*

Decoctum Aperitivum majus & minus : *diuturnos ſplenis infarctus permeant.*

Electuarium Hieræ compoſitæ : *lienis duritiem emollit.*

Emplaſtrum Apoſtolorum & Ceroneum: *lienis duritiem emolliunt atque emendant.*

Diachyla omnia : *ad ſcirrhos lienis multùm faciunt.*

de Meliloto : *conducit duritiei inveteratæ ſpleneticorum.*

Magiſterium Tartari Vitriolati : *in ſplenis duritie multo cum fructu exhibetur.*

Oleum de Capparibus, Irinum & Philoſophorum : *lienis tumores duros ac*

*ſcirrhoſos juvant, ejúsque obſtructiones tollunt.*

Oxymel compoſitum: *ſplenis duritiei bono eſt.*

Oxyſaccharum compoſitum: *lienis obſtructionibus confert.*

Pilulæ de Eupatorio majores: *lienis obſtructiones reſerant.*

Lapide Lazuli: *lienis obſtructiones, infarctus, tumoréſque reſolvunt.*

Spiritus Salis ſimplex: *lienis obſtructionibus prodeſt.*

Syrupus Acetoſus compoſitus: *lienis infarctus penetrat.*

Byzantinus uterque: *ſplenis duritiem, & pertinaces illius obſtructiones ab humoris melancholici craſſitie reſerat, & diſſipat.*

de Calamintha: *lienis duritiem, tumorémque diſcutit.*

duabus & quinque Radicibus: *lienis infarctus penetrat.*

Scolopendry Fernelij: *ſplenem obſtructione liberat, tumentémque ſolvit.*

The-

Theriaca Andromachi : *induratos lienes liquefacit, ſordes in ijs conſumens cum Oxymelite data.*

Trochiſci de Capparibus : *ijs utimur ad lienis obſtructiones â craſſa & melancholica materia profectas.*

Eupatorio : *efficaces ſunt ad omnem lienis obſtructionem, tumorémque præter naturam.*

Vnguentum Martiaton : *lieni indurato præcipuè confert.*

## Lienis morbis frigidis & doloribus conveniunt.

Oleum Laurinum : *lienis affectibus frigidis medetur, ac dolorem his ſuccedentem abolet.*

Species Diacrocu : *lienis morbis frigidis, & diuturnis conveniunt.*

Trochiſci de Agarico : *lienem mundificant.*

Agno caſto : *morbis itidem ſplenis auxiliantur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0147-1
DFG

Vnguentum Martiaton : *lienis dolores â frigore natos juvat.*

## Lienteriæ & Cœliacæ paſſioni.

*LIENTERIA* Durchbruch / in welchen die Speiſſen von einem gehn / wie ſie genoſſen werden / eſt ſpecies alvi fluxus, in quo cibus, pro ut aſſumitur, per alvum celeriter excernitur.

*COELIACA* autem *PASSIO*, Durchlauff / in welchen die Speiſſen halb verkocht durchgehen / eſt ubi imperfectè cocta per alvum redduntur.

Emplaſtrum Diaphænicon calidum & frigidum : *pro ratione cauſæ lienteriam coërcent.*

Mithridatium Damocratis : *lienteriæ & cæliacæ paſſioni medetur, ſive ſumatur ſive admoveatur.*

Miva Cydoniorum Aromatica : *præcipue lienteriam cohibet â ventriculi laxitate.*

Oleum Cydoniorum & Maſtichinum :

*li-*

*lienteriæ medetur retentricem partium facultatem firmando & aſtringendo.*

Pulvis Dyſentericus & Diacodion Actuarij: *ad lienteriam ſingularis efficaciæ exiſtunt.*

Rob de Cornis: *in lienteria & cœliaca paſſione utiliter exhibetur.*

Syrupus Coralliorum & Cydoniorum: *conferunt lientericis,*

de Roſis ſiccis: *lientericos juvat.*

Trochiſci de Corallio Nicolai: *cœliacis & cibum faſtidientibus mirè ſubveniunt.*

Diacoralliu Galeni, & de Charabe: *ijsdem affectibus probè tollendis ſuccurrunt.*

Ramich: *eoſdem uſurpamus in inteſtinorum, & alvi totius lævitate.*

## Linguæ Ariditatem auferunt.

Species Diatragacanthi frigidæ: *linguæ aſperitati ſuccurrunt.*

Sy-

Syrupus de Sempervivo uterque : *linguæ ariditatem & inflammationem tollit.*

Trochiſci de Berberis : *ſumpti in ſubſtantia linguæ ariditatem auferunt.*

## Loquelam & Vocem reſtituunt.

Acetum Scilliticum : *ſumpto illo vox rectè habebit.*

Elixir Vitæ Matthioli : & Aqua mirabilis Langij : *loquelam amiſſam mirabiliter reſtituunt.*

Hiera Pachij ex Nicolao Alexandrino : *vocem amiſſam reſtituit.*

Lohoch Sanum & Expertum : *vocis aſperitati â frigiditate natæ auxilio eſt.*

Oleum Carthami, Nucis Indicæ & Seſaminum : *vocem clariorem reddunt.*

Species Diareos Salomonis : *vocis jacturam frigore contractam reſarciunt.*

Diapenidion : *vocis raucedinem & jacturam ex frigido & ſicco contractam emendant.*

Tro-

Trochiſci Becchici nigri : *ablatæ vocis jacturam reſarciunt.*

## Lumborum dolores mitigant.

Emplaſtrum Ceroneum : *vi ſuâ calefaciente lumborum frigus diſſipat.*

Hiera Pachij : *lumborum ac ſpinæ doloribus mirificè auxiliatur.*

Pilulæ de Euphorbio : *lumborum doloribus â frigidis & pituitoſis humoribus ortis conferunt.*

Species Lithontribon : *lumborum gravitates â frigidis & craſſis ſuccis ortas expediunt.*

# M.

## Mammis opem præſtant.

Emplaſtrum Apoſtolorum : *ad mammarum collectiones efficax eſt.*

Hiera Logadij : *durities in mulierum mammis cum dolore conſiſtentes levat , & interdum ex integro ſanat.*

## Maniacis.

*MANIA*, tobende und wütende Sucht/Unſinnigkeit/eſt delirium ſine febre cum furore & audacia.

Electuarium Diabelzamer & Diaſenæ: *mirum in modum conveniunt maniacis.*

Mithridatium Damocratis : *valet ad maniam.*

Pilulæ de Tartaro Quercetani : *humorem atrabilarium contumaciſſimum educunt, indè maniacis opitulantur.*

Syrupus de Boragine, & Bugloſſo : *proſunt maniacis : lætitiam enim augent & ſanguinem complanant.*

è Pomis Regis Sapor : *eo utimur ad maniam.*

## Melancholiæ.

*MELANCHOLIA*, Melancholey/Traurig- und Schwermütigkeit / eſt delirium ſine febre cum timore & mœſtitiâ.

Aqua Antimelancholica : *ad varias mul-*

*multiplicis melancholiæ ſpecies proficua; timores enim & mærores animi profligat, imaginationis hallucinantes nebulas diſpellit.*

Antiſcorbutica: *fæculentum, melancholicum ſuccum per meatus convenientes ſenſim evacuat.*

Confectio Alkermes: *datur melancholicis, mæſtis, meticuloſis, tædio & ſqualore confectis.*

Decoctum Epithymi: *atram bilem vacuat, ob id affectibus melancholicis medetur.*

Senæ D. Gereonis: *ejusmodi affectibus idoneum.*

Electuarium Diabelzamer: *melancholicis mirè conducit.*

Diaſenæ Nicolai: *melancholicis, triſtitiâ, ac mærore affectis medetur.*

Hieræ Logadij: *mala melancholica diuturna partim propulſat, partim tranſmutat.*

Hieræ Pachij: *melancholicis præcipuè benefacit.*

Lenitivum Florenzolæ : *ſuccum melancholicum blandè, ac ſine vel noxâ vel moleſtiâ educit.*

Extractum Melampodij & Melanagogum : *melancholicum ſuccum & atram bilem potenter evacuant.*

Hydromel Tartariſatum laxativum: *virtute ſingulari præditum eſt in humore melancholico, & atrabilario præparando, & evacuando.*

Infuſum Hieræ Meſuæ : *affectibus melancholicis auxilio eſt.*

Mithridatium Damocratis : *melancholiam non ſinit conſiſtere.*

Oxymel Elleboratum Juliani : *omnibus ferè morbis à melancholia dependentibus confert.*

Scilliticum : *ad melancholicos etiam affectus contumaces pollens.*

Pilulæ Arabicæ : *lætitiam generant triſtitiámque depellunt.*

de Colocynthide : *melancholicos affectus profligant.*

Indæ Haly : *melancholiam indéque*

*na-*

*natam inanem mœſtitiam, metum ac timorem propulſant.*

de Lapide Lazuli : *vitia ex melancholico, & aduſto humore nata profligant.*

Tartaro Quercetani : *totam maſſam ſanguinis purificant : indè affectibus melancholicis opitulantur.*

Species Diamargariton calidæ : *ſupra modum triſtibus mirificè auxiliantur.*

Diamoſchu dulces, & Pleres archonticon : *triſtibus, & melancholicis ſuccurrunt.*

de Gemmis calidæ : *melancholicos, triſtes, ſine cauſa manifeſta timidos, ſolitarios juvant, ac ad mores probos invitant.*

Lætificantes Galeni & Rhaſis : *melancholiam ſanant, valentérque exhilarant.*

Syrupus de Boragine, & Bugloſſo : *conferunt melancholicis.*

de Cichorio cum Rhabarbaro, & è

pomis Regis Sapor: *ad melancholiam uſurpantur.*

de Corticibus Citri: *mæſtitiam diſcutit.*

de Epithymo: *melancholicis à bile aduſta & atra conducit.*

Scolopendrio Fernelij: *craſſam terrenámque melancholiam extenuat, mollit, fluxámque reddit.*

Spleneticus Verbezij: *in omnibus melancholiæ ſpeciebus ſingulari proprietate ſalutaris exiſtit.*

Theriaca Andromachi: *imaginationes ex atra bile ſedat.*

Tinctura Coralliorum: *melancholiæ medetur mundificando & renovando pleniſſimè ſanguinem in toto corpore.*

Hyperici: *omnes imaginationum affectus feliciter tollit.*

## Memoriam conſervant.

Confectio Anacardina ſeu Sapientum: *omnes ſenſus, intellectum & memoriam juvat.*

Mel Anacardinum Azaravij : *memoriæ jacturam reſarcit, labantes ſenſus refricat, oblivionem diſcutit, & mentem exacuit.*

Oleum Philoſophorum ſeu è Lateribus : *memoriam firmat.*

Pilulæ Arabicæ : *memoriam firmant, & mentis vigorem conſervant.*

Species Pleresarchonticon : *ſenſum deperditum, & memoriam reſtituunt.*

## Menſes movent.

Electuarium Hieræ Picræ Galeni : *prodeſt mulieribus, quæ non probè purgantur.*

Elixir Vterinum Crolly : *menstruorum vitia corrigit.*

Oleum Anethinum, Cheyrinum : & de Piperibus : *menſtrua provocant.*

Philoſophorum : *utero iniectum menſes promovet.*

Oxymel Elleboratum : *menſes manifeſtè promovet, expellit etiam albos, ſi diebus aliquot ſumatur, & poſtea dentur*

*pilulæ convenientes, ut de Hiera cum Agarico & radicibus Aſari.*

Pilulæ de Caſtoreo : *impeditas menſtruas purgationes eliciunt.*

Fœtidæ maiores & de Sagapeno: *menſes evocant.*

Species Diacalaminthes, & Dialaccæ maiores : *menſes promovent.*

Spiritus Tartari : *in menſtruis retentis mira præſtat.*

Syrupus de Artemiſia : *potens eſt in aperiendis menſium obſtructionibus ex craſſis, uiſcidis & glutinoſis humoribus.*

de Betonica uterque : *menſes moderatè provocat.*

Calamintha & de ſucco Hederæ terreſtris : *menſes promovent.*

de Pœonia & Scordio ſimplex : *menſes ducunt.*

Succo Meliſſophylli : *menſes moram trahentes eijcit.*

Theriaca Andromachi : *mulierum purgationes movet.*

Tinctura Hyperici : *menſtrua pellit.*

Tro-

Trochiſci de Myrrha : *tarditatem menſtruam ſollicitant, quæ ex craſſorum, & frigidorum copiâ aut ſanguine concreto ortum duxit.*

Tryphera Magna : *ad omnia muliebria vitia confert : hinc mulieres Monſpelienſes pro ſecreto habent uſum Tryphera magna ſine opio.*

## Menſes ſiſtunt.

Pilulæ de Bdellio majores : *ad menſes immodicos utiliter adhibentur.*

Pulvis ſtegnoticus : *ad menſtruam mulierum purgationem ſuperfluam & uteri profluvia alba curanda ſingularis efficaciæ exiſtit.*

Syrupus Myrtinus compoſitus : *hæmorragiam uteri, ac abundantia menſtrua cohibet.*

Trochiſci de Terra ſigillata : *menſtruam fœminarum purgationem immoderatius fluentem morantur, intùs ſumpti, vel cum ſucco polygoni aut plantaginis, ac*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0159-1
DFG

*ovi albumine coxis, & pubi illiti, aut conveniente liquore utero immiſſi.*

## Meſenterij obſtructiones permeant.

Decoctum Aperitivum majus: *venarum meſeraicarum infarctus permeat & expedit.*

Hydromel Laxativum Tartariſatum: *obſtructiones illarum præparando & evacuando reſerat.*

Pulvis ſolutivus de tribus: *confert venarum meſeraicarum obſtructionibus: crudorum quoque humorum frigidorum maximè collectionem è meſenterio ejicit.*

Syrupus Aperitivus Magiſtralis D. Mindereri: *venarum meſeraicarum obſtructionibus ſalutaris eſt.*

Florum Perſicorum: *meſenterium infarctu liberans ſeroſos humores per alvum exturbat.*

Roſatus laxativus cum Ambubeia dictus:

ctus : *venarum meſeraicarum oppilationes expedit.*

Roſatus ſolutivus Quercetani : *priore efficacior exiſtit.*

Scelotyrbicus : *venarum meſeraicarum obſtructiones aperit.*

## Morbo Gallico.

*MORBUS GALLICUS*, die Frantzoſen/ ſeu *LUES VENEREA* vix deſcribi aut definiri poteſt propter nominum varietatem ; Quælibet enim natio quàm longiſſimè â ſe voluit removere hanc infamiam : Galli namque dicunt eſſe morbum Hiſpanicum & è vice verſa : alij volunt Neapolitanum : alij luem Indicam : quidam ſancti Jobi morbum vocant ; ſed cùm ob Venerem talis morbus emanaverit potiſſimùm , indignum videtur tribuere Sanctis , quod probatiſſimæ vitæ hominibus adſcribere nollemus. dicitur ergò rectè lues Venerea , ex quacunque demùm natione contra-

cta, eò quod ex Veneris congreſſibus originem duxiſſe rumor ſit.

Antimonium Diaphoreticum : *valdè commendatur in lue Venerea recenti.*

Aqua Mercuriata : *ulceribus venereis penicillo leniter contracto illita mirificè prodeſt.*

Decoctum Senæ D. Gereonis : *lui Venereæ idoneum.*

Electuarium Diabelzamer : *mirè convenit Indicâ lue vel Venereo morbo laborantibus.*

Emplaſtrum de Ranis cum Mercurio : *valet egregiè in diſſipandis coxendicum doloribus â lue Venerea inveterata obortis.*

Ad Tophos : *in nodis & tumoribus Gallicis felici ſucceſſu uſurpatur.*

Pilulæ de Nitro : *earum uſus celebris in morbo Gallico.*

Pulvis pro Vlceribus Gutturis : *pulvis hic Noſocomio Gallico Auguſtæ â multis annis familiaris eſt.*

Syrupus de Epithymo, & Fumaria

com-

compoſitus : *morbum Gallicum depellunt.*

Roſatus laxativus compoſitus Elleboratus Montani : *utebatur eo prædictus Autor in lue Gallica.*

Vnguentum Aregon : *eo frequenter ad ſcabiem ex lue Venerea utimur.*

Mercuriale : *ejus uſum multo tempore in Noſocomio Gallico Ioan. Vdalricus Rumlerus feliciter eſt expertus.*

## Muſculis inſerviunt.

Oleum Coſtinum : *muſculos, tendines & ligamenta firmat.*

ſeminis Lini : *muſculorum durities mitigat.*

è ſtyrace : *muſculis, juncturis, & tendinibus confert, eorúmque durities inſigniter emollit.*

Trochiſci Alhandali : *humores craſſos, & glutinoſos è muſculis extrahunt.*

Na-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0163-0 DFG

# N.

## Narium vitijs auxilio ſunt.

Oleum Irinum Meſuæ : *naribus illitum Ozænis medetur.*

Saturni : *Polypo egregiè ſolâ inunctione auxiliatur.*

*OZOENA* , ein tieffes vnd ſtinckendes Geſchwär in der Naſen / eſt exulceratio in naribus profunda tetri odoris halitus emittens.

*POLYPVS* , Gewächs an der Naſen / eſt tumor præter naturam in naribus genitus , varius juxta ſubſtantiæ proprietatem.

## Nauſeam & Vomitum ſanant.

Aqua Maſtichina : *ciborum faſtidium abſumit , nauſeam & vomitum profligat.*

Athanaſia Magna : *eos, qui cibum in ventriculo non retinent , iuvat.*

Emplaſtrum de Cruſta Panis : *confert ad*

*vo-*

*vomitum puerorum, ac ijs, qui cibum retinere nequeunt.*

Diaphœnicon utrumque & Ceratum ſtomachale Galeni: *vomitiones coërcent, & compeſcunt.*

Hiera Pachij: *remedio eſt ijs, qui aſſiduè nauſeâ infeſtantur, & quibus cibus in ventriculo aceſcit.*

Oleum Cydoniorum: *Stomachum in vomitiones effuſum in ſe cogit.*

Menthæ: *nauſeam firmat, & vomitionem ſiſtit.*

Philonium Meſuæ: *compeſcit vomitum cum ſucco plantaginis vel decocto maſtiches.*

Pulvis Comitis de Warwich: *nauſeam corrigit.*

Rob Cydoniorum & Ribium: *vomitiones & ſtomachi ſubverſionem emendant, & vomitum bilioſum reprimunt.*

Species Aromaticæ Caryophyllatæ & Roſatæ: *nauſeam & vomitum reprimunt.*

Ro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0165-1

Roſatæ novellæ : *vomitum, ſtomachi ſubverſionem, & nauſeam compeſcunt.*

Syrupus de Agreſta : *poſt cibum ſumptus vomitionem immoderatiorem , moleſtámque ſtomachi ſubverſionem ab æſtuante bile perſanat.*

è ſucco Arantiorum acidorum & Cydoniorum : *nauſeam pellunt, & vomitum ſiſtunt.*

Granatorum acidorum : *nauſeam ac vomitum bilioſum reprimit.*

de mentha uterque : *nauſeam & vomitum ſedat.*

Myrtinus compoſitus : *ventriculi ſubverſionem & vomitum compeſcit.*

de Roſis ſiccis & Miva Cydoniorum ſimplex : *vomitiones prohibent.*

## Nephritidi.

*NEPHRITIS*, Niern-vnd Ruckwehe/ wañ einen der Grueß anſtoſt / Paſſio eſt, quæ renes aut ureteres affligit.

Aurea Alexandrina : *nephriticis præſenti auxilio eſt.*

Ole-

Oleum Amygdalarum dulcium : *nephriticos cruciatus cum pari portione amygdalarum amararum mirificè levat.*

Pilulæ Aureæ : *ad nephriticos valdè probantur.*

Pulvis contra Calculum : *datur nephriticis ex aqua malvæ, aut ononidis.*

è Cineribus Avicennæ : *priore longè validior, ſed conſideratè uſurpandus.*

Species Lithontribon : *nephriticis ſuccurrunt.*

Syrupus Violatus compoſitus : *nephriticum cruciatum demulcet.*

Vnguentum Agrippæ : *nephriticis ſuccurrit.*

## Nervorum vitijs frigidis remedio ſunt.

Aqua Arthritica : *nervos roborat, & juncturis virium jacturam reſarcit.*

Mirabilis Langij : *omnibus ægritudinibus nervorum frigidis opitulatur.*

Diacorum Meſuæ : *affectibus juncturarum & nervorum frigidis medetur.*

Em-

Emplaſtrum Nervinum : *nervoſarum partium malis comprimis perutile.*

Mel Anthoſatum: *nervoſas partes à noxis frigidis defendit, præſertim in clyſteribus.*

Oleum Anethinum : *nervis gratum & amicum exiſtit,*

Balaninum : *affectibus juncturarum & nervorum frigidis medetur.*

de Caſtoreo : *valet ad omnes nervorum offenſas frigidas.*

Coſtinum : *neruorum ex frigore iniurias propellit.*

è Croco & de Enula *nervos roborant, & illorum affectibus frigidis proſunt.*

Laurinum : *iJsdem affectibus ex frigore medetur.*

Florum Liguſtri, & Liliorum Convallium : *frigidis nervorum noxis ſubveniunt.*

Maſtichinum : *nervos & juncturas roborat.*

Moſchelinum : *nervorum omnibus propè vitijs opem fert.*

Nar-

Nardinum ſimplex & de Piperibus : *frigidos nervorum affectus ſanant , & propellunt.*

Sampſuchinum & Vulpinum : *ad nervoſi generis injurias frigidas valent.*

Pilulæ Cochiæ : *â nervis craſſos & pituitoſos humores evacuant.*

de Hiera compoſita : *nervorum vitijs â pituitoſis humoribus natis opem ferunt.*

Nitro & Opopanace : *frigidis nervorum morbis ſuccurrunt , & partium nervoſarum morbos frigidos levant.*

Syrupus de Artemiſia & florum Paralyſeos : *nervos roborant , & illorum morbos frigidos egregiè juvant.*

de Stœchade uterque. : *nervorum frigidis noxis remedio eſt.*

Trochiſci Alhandali : *humores craſſos , glutinoſos è profundis partibus utpotè nervis extrahunt.*

Vnguentum de Althæa ſimplex : *valet ad nervorum incontinentiam.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0169-7

Aregon : *nervorum diſtenſioni conducit.*

de Bdellio : *nervorum tophos diſſipat.*

Nervinum : *nervorum frigidos morbos tollit.*

## Nervorum reſolutioni & Paralyſi opem ferunt.

Aqua Arthritica : *paralyticis , ac pareſin è colica perpeſſis auxilio eſt.*

Hirundinum compoſita major : *paralyſin reprimit & abrumpit*

Mirabilis Langij : *paralyſin curat.*

Aurea Alexandrina : *paralyticis benefacit.*

Electuarium Diacarthami : *paralyticis ſuccurrit.*

Hieræ Pachij : *datur ijs , qui nervorum reſolutiones & tenſiones paſſi ſunt.*

Mel Anacardinum Azaravij : *nervorum reſolutioni opitulantur.*

Anthoſatum : *additur in Enemata , ubi pareſis ex colica metuitur.*

Mi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0170-8

Mithridatica Antidotus : *valet ad paralyſin.*

Oleum de Caſtoreo : *paralyſin ſanat.*

Cheyrinum & Coſtinum : *reſolutis auxiliantur, & paralyſi conferunt.*

Lumbricorum terreſtrium : *cujus fotu nervi recreantur, ut quotidiè in nervorum reſolutione experimur.*

Lumbricorum compoſitum : *ad ſupra dicta majoris efficaciæ compertum habemus.*

Nardinum ſimplex : *paralyticis ſummum eſt remedium.*

Philoſophorum & de Piperibus : *ad paralyſin utiliſſimè adhibentur.*

Rutæ : *nervorum & ſpinæ reſolutionem inunctum componit.*

Sampſuchinum : *ſpinæ in balneo inunctum paralyſim juvat.*

Philonium Meſuæ : *ad reſolutionem bibitur cum decocto nucis moſchatæ.*

Pilulæ de Euphorbio : *nervorum reſolutioni, ſiderationi & paralyſi â nimia humiditate profectæ conferunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0171-4

de Nitro & Opopanace : *nervorum reſolutioni conveniunt.*

Species Diamoſchu dulces : *ad paralyſin commendantur.*

Syrupus florum Paralyſeos : *datur paralyticis.*

de Stœchade compoſitus & Fernelij : *paralyſi medicantur.*

Vnguentum de Althæa ſimplex : *reſolutis nervis, & perfrictis partibus benefacit.*

Aregon & de Bdellio : *ad paralyſin commendantur.*

Martiaton : *nervorum reſolutiones juvat.*

*PARESIS* eſt propriè contractio artuum, in quam paſſio colica terminatur.

*PARALYSIS PERFECTA*, germanis Gwalt-Gottes / Gúchtbruch / eſt potiùs motus quàm ſenſus in parte una vel pluribus abolitio, ob ſpirituum animalium ad motum ſpontaneum neceſſariorum defectum.

## Nervorum & Articulorum dolores mitigant.

Electuarium Eleſcoph : *doloribus articulorum prodeſt.*

Emplaſtrum Oxycroceum: *ad nervorum dolores idoneum.*

Oleum Amygdalarum amararum : *nervorum dolores calore tenuante ac digerente ſanat.*

Anethinum & Cheyrinum : *nervorum & juncturarum dolores ſublevant.*

è Croco : *illorum dolores ſedat.*

Hyperici : *contra articulorum dolores ſalubre remedium exiſtit.*

Laurinum : *articulorum & nervorum doloribus ex frigore ſubvenit.*

Liliorum utrumque : *dolores à frigore partium nervoſarum ſedat.*

Nucis Indicæ: *nervorum dolori confert.*

de Piperibus : *articulorum doloribus medicatur.*

Sambucinum : *articulorum & nervorum doloribus utile.*

è Vitellis ovorum : *articulorum o-*

*mniúmque locorum nervoſorum dolores ſedat.*

Vnguentum Martiaton : *articulorum & nervorum dolores ſedat.*

Nervinum : *doloribus eorundem à frigore ſubortis opitulatur.*

## Nervorum Vulneribus, Puncturis & Præciſionibus conducunt.

Ceratum Sacrum Galeni : *ad nervoſarum partium præciſiones utile.*

Emplaſtrum Apoſtolorum : *ad præciſos & punctos nervos perutile.*

Tetrapharmacon Galeni : *nervoſarum partium vulneribus aptiſſimum.*

Oleum Hyperici : *nervorum puncturis efficax.*

Lumbricorum terreſtrium utrumque: *in nervorum vulneribus expertum remedium.*

Nucum Juglandium : *nervis punctis cum calce lota utiliter adhibetur.*

Vn-

Vnguentum de Althæa ſimplex: *nervos præciſos glutinat.*

## Nervorum duritiem diſſipant.

Ceratum de Ammoniaco D. P. Foreſti: *in omnibus affectibus externis malacticum celebre indurata emolliendo.*

Oleum ſeminis Lini: *articulorum, nervorum ac cervicis durities mitigat.*

Vnguentum Agrippæ: *valet ad nervorum contractiones.*

Aregon Nicolai: *nervorum diſtenſioni conducit.*

de Althæa ſimplex: *valet ad nervorum duritiem.*

Bdellio: *nervorum & articulorum tophos diſſipat.*

## O.

## Obſtructiones Viſcerum, Vaſorum & Venarum reſerant.

Decoctum Aperitivum majus cum Rhabar-

barbaro : *ad contumaces & iuveteratas oppilationes adhibetur.*

Fæcula radicis Aronis : *ad obſtructiones viſcerum feliciter adhibetur.*

Magiſterium Tartari Vitriolati : *eſt generale digeſtivum ad omnes obſtructiones ſolvendas.*

Cleum Abſynthij & Anethinum : *obſtructa levant , & venarum ſpiracula laxant.*

Chamæmelinum , & Amygdalarum amararum : *meatus laxant & obſtructa expediunt.*

Coſtinum & de Piperibus : *obſtructa aperiunt & potenter liberant.*

Laurinum & Philoſophorum : *venarum ſpiracula & earum ora aperiunt.*

Nucleorum Perſicorum : *obſtructa aperit.*

Oxymel Scilliticum : *venarum obſtructiones etiam inveteratas reſerat.*

Simplex & compoſitum Meſuæ atque Galeni : *magna hujus vis craſſa attenuandi , lenta incîdendi , viſcida detergendi,*

*gendi, obſtructa aperiendi, idq́ ſine manifeſto dolore.*

Pilulæ de Eupatorio: *viſcerum obſtructionibus medentur.*

Sal Abſynthij: *uſus hujus ſalis ad aperiendas obſtructiones, humores craſſos attenuandos, viſcidos incîdendos multùm commendatur.*

Species Diacurcumæ, & Trochiſci de Rhabarbaro: *obſtructiones internas reſerant.*

Spiritus Diatrion: *ad omnes obſtructiones viſcerum reſerandas remedium utiliſſimum.*

Syrupus Acetoſus uterque: *obſtructiones reſerat.*

de Arthemiſia: *potens eſt in aperiendis obſtructionibus, ex craſſis, viſcidis & glutinoſis humoribus.*

Byzantinus ſimplex & compoſitus: *obſtructiones viſcerum aperiunt humores tenaces & lentas incîdendo.*

de Calamintha: *viſcerum obſtructiones*

*nes levat, incîdit, attenuat, tergit & aperit.*

de Capillis Veneris uterque: *obſtructiones venarum & vaſorum leniter aperit & expurgat.*

de Carthamo: *obſtructionibus viſcerum, ex humoribus craſſis ac pituita enatis opitulatur.*

Cichorio ſimplex & Endivia compoſitus: *obſtructiones expediunt, eásque modeſtè liberant.*

Diaſereos Andernaci: *ad viſcerum obſtructiones tollendas efficax.*

de Duabus & Quinque Radicibus: *obſtructionem viſcerum, humorum craſſitiem extergendo, purgando & incîdendo levant.*

Eupatorio Meſuæ: *pituitam craſſam, quæ obſtructiones parit, digerit, incîdit & tergit.*

Fumaria ſimplex: *ad obſtructiones expediendas efficaciſſimus.*

Hyſſopo: *obſtructiones præſertim thoracis liberat.*

Ro-

Roſatus ſimplex : *obſtructiones â viſcidis humoribus obortas reſerat.*

Tinctura Coralliorum & Tartari : *ad obſtructiones viſcerum reſerandos multùm valent.*

## Oculorum dolores leniunt.

Electuarium Roſatum Meſuæ : *ſalubre eſt oculorum dolori ex bile remedium.*

Sief album cum & ſine Opio : *ad lippitudines ſubarces & ophthalmicos dolores leniendos efficax.*

Citrinum Meſuæ : *vehementiſſimis oculorum doloribus plurimùm commodat*

de Roſis Meſuæ & Viride Antæi : *celebrantur ad doloris moleſtias.*

Vnguentum Nihili ad oculos : *dolores ex inflammatione natos tranquillat.*

*OPHTHALMIA VERA* Græcis, Latinis *LIPPITVDO*, Röthe uñ Entzündung der Augen/ Augen-Trieffen/ Augen-Fluß mit Schmertzen und Brennen / eſt inflammatio annatæ ſeu albæ tunicæ cum

ru-

rubore, ardore, dolore & lachrymis, orta â ſanguine acri, venulas tunicæ illius occupante & diſtendente.

## Oculorum lachrymas ſiſtunt.

Aurea Alexandrina : *oculorum lachrymas ſiſtit.*

Confectio Alkermes : *datur ſpontè illachrymantibus.*

Electuarium Hieræ compoſitæ : *oculorum gravedines â magno pituitæ lentore ortas juvat.*

Mithridatium Damocratis : *valet ad oculos lachrymantes.*

Sief album cum & ſine Opio : *ad oculorum Rheumatiſmos efficax.*

Species lætificantes Galeni : *fletus involuntarios compeſcit.*

Vnguentum Nihili ad oculos : *calidas fluxiones demulcet & ſiſtit.*

Ocu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0180-4
DFG

## Oculorum ulcera, puſtulas & ruborem auferunt.

Sief album Galeni: *facit ad oculorum uſtiones, puſtulas & chimoſes.*

Citr num Meſuæ: *ulceribus plurimùm commodat.*

de Plumbo: *ulcera oculorum replet & conſolidat.*

Roſis ſiccis: *ad puſtulas & prolapſus oculorum efficax.*

de Thure Rhaſis: *oculorum tumores reprimit, eorúmque exulcerationes ſanat & cohibet.*

Viride Antæi: *ad eorum puſtulas, inuſtiones, prolapſus & contuſionem celebratur.*

Vnguentum Baſilicon: *ruborem oculorum aufert.*

Nihili ad oculos: *eorum rubedinem ex inflammatione tollit.*

*CHYMOSIS*, Verruckung der Augen auß groſſer Hitz / eſt utriusque palpebræ diſtortio ex inflammatione oborta.

Oris

# Oris ulceribus & Phlegmoni auxiliantur.

Mel Roſatum ſimplex & Diacaryon: *oris phlegmoni placant.*

Oleum Maſtichinum : *phlegmonis gingivarum, linguæ & totius oris medetur.*

è Vitellis ovorum : *fœdas oris maculas detergit.*

Rob Diamoron compoſitum : *phlegmonis ad ſtatum profectis, quibus concoquentia & digerentia medicamenta adhibere convenit, maximè prodeſt.*

Diamoron ſimplex Galeni : *phlegmonarum principijs ſalubre, ſi appropriata aſtringentia & repellentia addantur, qualia ſunt Alumen, Omphacium, Balauſtia &c.*

Diamoron uſitatum : *ad ſerpentia oris ulcera uſus ejus celeberrimus præ cæteris.*

Species Diapraſiu : *oris putredinibus conferunt.*

Sy-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0182-5 DFG

Syrupus de ſucco Acetoſellæ : *Aphtis ſeu puerorum ulceribus ſummam oris partem occupantibus auxiliatur.*

Florum Paralyſeos : *ulcera oris ſanat.*

Vnguentum Pomatum : *ad oris fiſſuras adhibetur.*

*APHTÆ* Græcis, Nobis Blätterle in dem obern Mund der Knaben/ insgemein auch der Meel-Hund der kleinen Kinder/ ſunt exigua ulcuscula, linguam, palatum, fauces, gingivas & totius oris ambitum obſidentia.

## Oris & corporis halitum commendant.

Confectio poſt Paſtum : *oris halitui gratiam conciliat.*

Eſſentia Citri : *oris halitum vino permixta ſuaviſſimo ſuo odore & ſapore magnificè juvat & recreat.*

Mel Emblicorum : *corporis odorem commendat.*

Ro-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0183-1
DFG

Roſatum citratum : *corruptionem humorum eorundémque putredinem arcet, ideóque fætentem animam corrigit.*

Oleum Nucis Moſchatæ : *deglutitum anhelitum commendat.*

Species Diagalangæ : *oris halitum commendant, ac ejuſdem fætorem gigni vetant.*

Diaxyloaloes : *oris fætorem abigunt.*

Inciſæ groſſo modo : *manduntur præſertim ad oris halitum commendandum.*

Lætificantes Galeni : *oris odorem ac halitum gratum efficiunt.*

Syrupus de Cinnamomo : *coctioni ſtudendo oris halitum commendat.*

de Corticibus Citri : *fætidos ſtomachi humores obtundit & anhelitûs graveolentiam abigit.*

Trochiſci de Gallia Moſchata : *oris halitum commendant.*

Trypheræ omnes : *ad totius corporis colorem & oris odorem commendantur.*

# P.

## Partum promovent.

Oleum Amygdalarum dulcium : *partuum dolores laborioſos diſcutit , lenit, tandémque propulſat & inunctionum ſola eſt materia , quæ fœtus laborioſos educunt.*

Cheyrinum & Liliorum alborum utrumque : *gravidis ad facilem partum auxilio ſunt.*

Philoſophorum : *utero injectum fœtum vivum , aut mortuum educit & mirificè commendatur ruptis è doloribus partus.*

Sampſuchinum ſeu Majoranæ: *partus extrahit.*

Pulvis ad Dyſtokiam cum Hippoſorchide : *mox ſequentibus duobus ad partum proficuis pulveribus etiam hic pulvis multiplici experientiâ & uſu probatus addi poteſt ad partum provocandum.*

Helidei de Paduanis : *ad ſimiles affectus expertiſſimus.*

Partum provocans: *ad partûs labores facilitandos utiliter exhibetur: eosdem namque accelerat & fœtus excluſionem promovet. Datur ex aqua Liliorum alborum, Conſolidæ regalis &c.*

## Pectoris & Thoracis affectibus calidis ſubveniunt.

Electuarium lenitivum Florenzolæ: *pectoris morbis præſertim calidis leniter evacuando confert.*

Mel Paſſulatum & Juleb Violarum: *calidis ac ſiccis pectoris vitijs apprimè conveniunt.*

Species Diatragacanthi frigidæ: *in omnibus pectoris vitijs â cauſa calida & ſicca utiles; inſuper thoracis gravitatem allevant.*

Syrupus de Boragine & Bugloſſo: *pectus leniunt & humectant.*

de Capillis Veneris ſimplex: *ad thoracis affectiones calidas præſtans eſt.*

Endivia compoſitus: *efficax eſt in magno præcordiorum incendio.*

Farfara: *calidis pectoris vitijs refrigerando*

*gerando & humectando apprimè confert.*

Granatorum dulcium : *pectus lenit.*

de Jujubis : *ad omnes thoracis & ſpiritualium partium affectus â fluxionibus calidis ortum habentes accommodatur.*

Papavere Erratico : *calidis præſertim pectoris malis ſalutaris exiſtit.*

Violatus uterque : *efficaciſſimus in pectoris morbis calidis.*

Violarum ſolutivus & Pulpæ Caſſiæ: *pectus â calore & ſiccitate humectant & leniunt.*

Vnguentum Violarum : *calidis pectoris noxis prodeſt refrigerando & humectando.*

## Pectoris & Thoracis affectibus frigidis ſalutaria exiſtunt.

Aqua Aſthmatica : *craſſos & viſcidos humores thoracis regionem obſidentes tollit.*

Decoctum Aperitivum , Lenitivum minus & Pectorale : *pectoris vitijs auxilio ſunt.*

Lohoch de Caulibus : *ſpiritum facilitando thoracis levat anguſtias.*

Paſſularum : *ad pectoris vitia maximè in puerulis utile eſt.*

de Pino, Sanum & Expertum : *humores in thorace craſſos incîdunt & attenuant.*

è ſucco Scillæ & ad Aſthma : *tenuant & expulſioni apparant materiam craſſam , quæ thoracis vias occupat.*

Oleum Cheyrinum , Nardinum & Seſaminum : *thoracis & pectoris noxis conferunt.*

Oxymel Elleboratum Juliani : *omnibus ferè morbis à phlegmate , materia craſſa & tenace in thorace dependentibus confert.*

Pilulæ Hieræ cum Agarico : *thoracis vitijs à craßis & pituitoſis humoribus ortis ſubveniunt.*

Species Diacalaminthes & Diacuminu : *medicamenta utilia ſunt ad thoracis , præcordiorum & pectoris refrigerationem.*

Dia-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0188-9

Diahyſſopu : *omnia frigida thoracis vitia emendant.*

Diapenidion : *omnem thoracis noxam ex frigido & ſicco contractam corrigunt.*

Syrupus de Glycyrrhiza : *incipientibus affectibus thoracis frigidis & pituitoſis ſaluber eſt.*

de Hyſſopo : *utimur eo in morbis thoracis invaleſcentibus ex frigida, craſſa & lenta materia natis.*

Praſio : *ad longos & diuturnos thoracis affectus à prædicta cauſa natos perquàm ſalutaris exiſtit.*

Scabioſa : *pectoris vitijs plurimùm prodeſt.*

de Stœchade compoſitus : *facit ad pectus anhelosum à deſtillatione impendente.*

Trochiſci de Benzoi : *pectus confirmant & ſiccant.*

## Pectoris & Thoracis dolores placant.

Emplaſtrum Ceroneum : *valet ad thoracis dolorem à frigore ortum.*

Lohoch de Papavere : *confert dolenti thoraci ex cauſa calida.*

Oleum Liliorum alborum utrumque: *dolores à frigore thoracis lenit ac mitigat.*

ex Piſtachijs & Pineis : *thoracis dolores compeſcunt.*

Theriaca Andromachi : *confert ijs, quibus thorax dolet.*

Vnguentum Martiaton : *ad refrigerationem thoracis utile eſt.*

Pectorale : *pectoris & lateris dolores mitigat.*

## Pectus & Thoracem expurgant.

Decoctum pectorale : *lenit thoracem & ab humoribus eidem impactis repurgat.*

Emplaſtrum Filij Zachariæ : *thoracis excrementa ad ejectionem per ſputum magis habilia reddit.*

Lohoch de Caulibus : *pectus ab humoribus vitioſis repurgat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0190-3

ad Aſthma: *pectus à craſſa & tenaci pituita potenter expurgat.*

Oleum de Carthamo: *thoracem ac pulmonem expurgat.*

Irinum: *quæ in thorace ſunt, concoquit.*

Syrupus de Glycyrrhiza: *thoracem & pulmones evacuat.*

de Hyſſopo: *utimur eo in morbis thoracis, ubi majore expurgatione opus eſt.*

Trochiſci Alhandali: *pituitam & alios humores craſſos & glutinoſos è thorace extrahunt.*

Pectorales cum Ambra: *expectorationem & ſputum promovent.*

de Violis ſolutivi: *uſurpantur in expurganda pituita lenta & viſcida, quæ thoracis vias intercipit.*

Vnguentum pectorale: *excretionem & expectorationem promovet humores craſſos digerendo atque attenuando.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0191-9

# Pectoris Hæmorrhagiam ſiſtunt.

Oleum Myrtillorum : *hæmoptoicis & ſanguinis ex pectore rejectioni confert.*

Syrupus Myrtinus compoſitus : *efficax ubi contraria indicatio difficultatem parit, ac aſtringentibus ſimul & evacuantibus utendum eſt, ut in hæmorrhagia pulmonum tenui.*

*HÆMOPTOICVS* is dicitur, der Blut außwürffet / & licet *HÆMOPTYSIS*, da Blut außſpeüen / omnem ſanguinis per os excretionem ſignificet à quacunque parte procedens, propriè tamen pro ea ſanguinis ſpuitione ſumitur, quæ à thorace aut pulmone procedit.

# Pediculos enecant.

Oleum Spicæ : *etiam cimices illitum fugat.*

Laurinum & Vnguentum Pediculorum : *pediculos enecant.*

Pe-

# PERIPNEUMONIÆ.

*PERIPNEUMONIA*, völlige Entzündung der Lung / ſeu *PULMONIA*, pulmonis inflammatio eſt, quam ſemper continua & acuta febris comitatur.

Lohoch de Pino: *peripneumoniam inclinante jam febre juvat.*

Mithridatium Damocratis: *valet ad peripneumoniam, ſive ſumatur ſive admoveatur.*

Species Diapenidion & Diatragacanthi frigidæ: *eidem affectui medentur.*

Syrupus de Farfara & Papavere Erratico: *peripneumoniæ ſalutares exiſtunt.*

# PESTI.

*PESTIS*, ſeu *MORBUS PESTILENS*, *PESTILENTIA*, insgemein die laidige vergiffte Sucht / Peſtilentz / die Peſt / à depaſcendo dicta ſic definitur: nempè, quòd ſit morbus Epidemicus, contagioſus & venenatus, qui occulta & maligna veneni ſui qualitate humores vitales ſpiritus, & ſubſtantiam

cordis labefactat omnis generis inſuper ſymptomata inducendo.

Acetum Theriacale : *peſte correptos tam internè exhibitum, quàm forinſecùs arteriarum & cordis regioni ſuper impoſitum plurimùm reficit ac recreat.*

Antidotus Theriacæ, Mithridatij & Matthioli : *peſti plurimùm adverſantur.*

Aqua Stapediana prima & ſecunda : *in peſte mirificas vires obtinent.*

Theriacalis Bezoartica : *præpotens hæc aqua in pellenda lue peſtifera, manè à jejuno dimidij cochlearis menſura pota.*

Balſamum Loimicum Heniſianum : *in varijs Germaniæ & Italiæ locis, graſſantibus atrociſſimæ peſtis contagijs uſurpatum & triennali experientiâ comprobatum.*

Ceratum Diachalciteos Galeni ſeu Diapalmæ : *bubonibus prodeſt.*

Chyloſtagma Diaphoreticum, ſeu Aqua Theriacalis Bezoartica D. Mindereri :

*va-*

*valenter hæc aqua ſudorem pellit, unde peſte correptos adjuvat.*

Conditum pro Familia Stapedij: *præſervat à peſte.*

Conſerva Hederæ terreſtris compoſita: *creberrimi in peſte vſus eſt, mira enim in eliciendo ſudore præſtat.*

Diaſcordij Hieronymi Fracaſtorij: *in peſte correptis ac extremè deſperatis commendatur, præſertim in ijs, ubi theriaca locum non habet, utpotè pueris & gravidis.*

Electuarium Papæ & de Ovo Maxmiliani Imperatoris: *peſtilentis luis ſeminaria diſyciunt & tam in præſervatione, quàm curatione magnas vires obtinent.*

Elixir Peſtilentiale Crollij: *præſentaneum eſt in peſte præſervativum & curativum, ſi cum liquore appropriato maturè exhibeatur.*

Proprietatis Paracelſi: *hoc medicamentum nihil aliud eſt, quàm pilulæ peſtilentiales paginâ 92. in diſpenſatorio deſcriptæ in nobiliorem tantummodo eſſentiam*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0195-2

*tiam redactæ : uſus ejus adverſus graſ-ſantis peſtiferæ luis contagia.*

Emplaſtrum de Fuligine: *magnarum virium & multæ experientiæ fuit hoc emplaſtrum in graſſantibus tribus poſterioribus infectionibus Auguſtanis ad maturandos bubones & anthraces.*

Magneticum : *dextrè anthracibus peſtilentialibus applicatum , eos illicò maturat & rumpit.*

Veſicatorium : *in carbonibus peſtilentialibus inſigne præſidiorum genus.*

Oleum granorum Citri : *in peſtilenti ſtatu alexiterium optimum.*

Juniperinum : *naribus & temporibus inunctum in peſte efficax.*

Scorpionum magnum Matthioli: *pulſibus ac extimæ cordis parti ad ſiniſtram mammillam inunctum , repetitâ per ternas horas illinitione peſtiferis morbis medicatur , nec non ab ijsdem præſervat.*

Scorpionum ſimplex : *peſtilentiæ adeò reſiſtit , ut ejus ſolo uſu quendam cum*

*ſa-*

*familitio à peſtilentiæ contagione ſervatum ſcribat Manardus.*

Pilulæ peſtilentiales Avicennæ, Ruffi & D. Felicis Plateri: *adverſus peſtiferas contagiones populariter graſſantes miræ ſunt efficaciæ & in hoc affectu feliciſsimè uſurpantur.*

Pulvis Bezoarticus Nicolai Præpoſiti: *adverſus peſtiferæ luis inſultus efficax.*

Pro Epithemate cordis: *in peſtilitate ſpiritus refocillat.*

Gryſeus Cæſaris contra Peſtem: *in præſervatione & curatione peſtis plurimùm valet.*

Rubeus Cæſaris contra Peſtem: *is anno 1572. quo peſtis invaluit nobis fuit frequentiſſimus.*

Saxonicus: *pulvis hic egregiè peſti adverſatur.*

Species contra Peſtem Ferdinandi Imperatoris: *adverſus peſtilentis luis contagia præſtans remedium tam in curatione quàm præſervatione.*

Cordiales temperatæ & de Hyacintho:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0197-4 DFG

tho : *peſtiferos morbos præcavent atque in peſtilenti lue commendantur.*

Liberantis incerti Autoris : *cordiale planè medicamentum omni ferè naturæ, ætati ac ſexui accommodatum & non ſolùm præſervativum ſed curativum tutò in peſte exiſtit.*

Spiritus Theriacalis Camphoratus : *egregiè ad ſudores eliciendos in peſte confert.*

Syrupus Acetoſus ſimplex & de Agreſta : *peſtilentiæ & conditioni peſtilenti quàm maxime reſiſtunt.*

de Corticibus Citri & florum Tunicæ: *morbis peſtilentibus reſiſtunt & peſtilentes lues diſyciunt.*

Tryphera Perſica : *in ipſa peſte à Georgio Agricola & aliis magnoperè commendatur.*

*ANTHRAX* Græcis, *CARBVNCVLVS* ſeu *CARBO* latinis dicitur, ein peſtilentziſche ſchwartze Blatter / eſt ulcus cruſtoſum cui adjungitur multa partium circumſtantium inflammatio in medio ha-

bens

bens cruſtam nigram carboni ſimilem.

*BUBO PESTILENTIALIS*, ein peſtilenziſches Beül[n] oder Drüſen / eſt tumoris peſtilentioſi ad adenas colli, axillarum & inguinum propulſio.

# PHRENITIDI.

*PHRENITIS*, Taubſucht / Unſinnigkeit mit ſtätem Fieber / eſt inflammatio cerebri & membranarum ejus cum delirio perpetuo & febri acutâ continuâ.

Oleum Mandragoræ & Violaceum: *phreniticis conveniunt, fronti, temporibus, ac naribus illita.*

# PHTHISI.

*PHTHISIS*, Lungenſucht / Schwindſucht / Lungen-Geſchwär / a materia acri & erodente, quod frequens tuſſis, febris lenta, ſimul & totius corporis conſumptio conſequitur.

Acetum Scilliticum: *phthiſicos ab omni-*

*bus*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0199-8

*bus deploratos hoc medicamento ſanitati reſtitutos novimus.*

Aqua Caponis compoſita : *analepticum & reſumptivum eſt medicamentum tabidis conſumptis & à morbo longo extenuatis.*

Aurea Alexandrina & Philonium Romanum : *tabidis præſenti ſunt auxilio.*

Confectio Pignocata alba, viridis & vulgaris : *pineata hæc uſui ſunt tabidis, conſumptis, extenuatis & corporis refectionem exigentibus, plurimùm enim roborant & nutriunt.*

Lohoch de Farfara : *tabidis prodeſt & ulcera pulmonis glutinat.*

de Pulmone Vulpis : *phthiſicis, tabidis & conſumptis magnoperè prodeſt, ac ulceratos pulmones habentibus. Eſus loco aliqui ſolum pulverem præparati pulmonis Vulpinum ſaccharo roſato exhibent.*

Oleum Amygdalarum dulcium : *phthiſicis & atrophia laborantibus ac conſumptis utile: alimentum enim humidum,*

*dum & lentore mediocri diuturnum præſtat, extenuatum corpus reficit ac impinguat.*

Myrtillorum : *ad arcendam phlegmonem in ulcere pulmonis Galenus illinit.*

Nardinum ſimplex : *pulmonum ulceribus illinitur.*

Violarum : *tabidis præſenti eſt auxilio.*

Paſta Regia compoſita : *plurimùm nutrit ac roborat, eâ, qui è diuturnis morbis emerſerunt, & macilenti commodè reficiuntur.*

Pulvis Anonymus : *phthiſicis tabidíſque prodeſt; ulcera enim pulmonum lenit, abſtergit & glutinat.*

Rob Veronicæ : *utiliter phthiſicis lingendum porrigitur.*

Species Diamargariton calidæ & frigidæ : *tabidis ſubveniunt & longo morbo extenuatos ac imbecillitate languentes reficiunt.*

Diapenidion : *tabidis & purulenta reijcientibus opem ferunt.*

Diapraſiu & Diarhodon Abbatis : *conferunt phthiſicis & tabidis.*

Diatragacanthi frigidæ : *tabidis & macie confectis opem ferunt.*

Diatrion Santalon & Diathamaron : *tabidis & phthiſicis auxiliantur.*

Syrupus de Farfara : *phthiſi ſalutaris & perquàm idoneus exiſtit.*

Papavere compoſitus Meſuæ: *phthiſin ſedat.*

Piloſella ſeu Hiſpidula : *pulmonum ulcera retardat.*

de ſucco Hederæ terreſtris : *phthiſi medetur , & ad ſputa ſanioſa ſalutaris eſt.*

de Symphyto Fernelij : *tabidorum & ulceratorum pulmonum ſaniem & pus blandè ac leniter extergit.*

de ſucco Veronicæ : *pulmonum exulcerationibus eximiè convenit , quorum ſaniem abſtergit , ulcera glutinat & vulnera ſanat.*

Trochiſci de Camphora : *ad phthiſin utiliter adhibentur.*

de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0202-6

de Charabe: *tabidis & purulenta expuentibus auxiliantur.*

Cypheos Damocratis ex Galeno: *dantur per ſe commodè ijs, qui pulmones exulceratos habent.*

Vnguentum Reſumptivum: *adhibetur commodè tabidis ac è longo morbo emergentibus, quibus cutis oſſa nuda veſtit.*

## Pilorum vitia corrigunt.

Electuarium Vitæ Arnoldi de Villa nova: *canitiem retardat.*

Oleum Coſtinum: *mucoſo humore canitiem accelerante conſumpto, eam moratur.*

Liguſtrinum ſive Cyprinum: *capillos à canitie vindicat.*

Vnguentum Nicotianæ ſeu de Tabaco: *tineam capitis exterit.*

*TINEA* Germanis, Haar Milben / eſt affectus, in quo capilli quidem non integri, ſed particulatim & fruſtratim à vermiculis quibusdam eroſi & abſumpti decidunt.

# PLEURITIDI.

*PLEVRITIS VERA* & *LEGITIMA*, Seiten-Stich / Bruſt-Geſchwer / eſt inflammatio membranæ coſtas ſuccingentis & muſculorum intercoſtalium internorum.

Decoctum Pectorale & Lohoch de Papavere: *ad Pleuritidem commendantur.*

Electuarium lenitivum Florenzolæ: *Pleuritidi à calore natæ leniter purgando confert.*

Lohoch de Pino: *pleuritidem inclinante jam febre juvat.*

Oleum Liguſtrinum: *pleuriticis ſuccurrit.*

ſeminis Lini: *linctu aut potu exhibitum in pleuritide cruda & maligna, imò in deſperatis caſibus excellentiſſimum remedium hucúsque ſemper extitit: & tres vel quatuor uncias propter odoris gravitatem unâ vice bibi jubet Geſnerus.*

Pulvis Pleuriticus: *contra omnes laterum*

*puncturas in pleuritide tam ſpuriâ, quàm exquiſitâ, etiam in epidemia illa, quâ doloris vehementia multi jugulati, ad dolores mitigandos &c. ſingulare eſt remedium.*

Species Diapenidion & Diatragacanthi frigidæ: *pleuriticis auxiliantur.*

Syrupus de Capillis Veneris ſimplex: *pleuritidi incipienti idoneus, cum materia calida, aut mixta ſuâ tenuitate promptè efferri nequit.*

de ſucco Cardui Benedicti: *pleuritidi auxiliatur.*

Endivia ſimplex: *morbi lateralis initijs præcipuè convenit.*

Farfara & Glycyrrhiza: *pleuritidi, cui à proprietate quàm maximè prodeſſe creditur, ſalutaris exiſtit.*

de ſucco Scabioſæ: *pleuritidi confert.*

Violatus compoſitus: *pleuritidi in cauſa calida medetur.*

Vnguentum de Althæa utrumque: *laterum doloribus feliciſſimè adhibetur, per ſe, aut etiam cum butyro illitum.*

de Cynogloſſo: *tam intus aſſumptum,*

*quàm forinſecus illitum pleuritidi auxiliatur.*

Reſumptivum Fernelij: *commodè adhibetur pleuriticis.*

## Podagricis Benefaciunt.

Acetum Scilliticum: *ad podagras vehementer facit.*

Electuarium Diacarthami & Hieræ Pachij: *mixtis podagris ſuccurrunt & mirificè auxiliantur.*

Emplaſtrum Diachylon ſimplex: *podagricis quovis tempore opitulatur.*

Extractum Phlegmagogum Quercetani & Gummi Gamandræ: *podagricos juvant.*

Mithridatium Damocratis: *valet quoque ad podagras ſive ſumatur intus ſive extra admoveatur.*

Oleum Hyperici: *contra podagram & chiragram ſalubre remedium exiſtit.*

Philoſophorum: *potum aut inunctum podagræ & gonagræ medetur.*

Populinum Nicolai Alexandrini: *podagricis utile eſt.*

Ra-

Ranarum : *podagram ex cauſa calida mitigat.*

Roſatum vulgare : *podagricis doloribus illinitur commodè.*

è floribus Verbaſci & Vnguentum. de Cynogloſſo : *ad dolores podagricos præſertim calidos ſummoperè commendantur.*

Saturni : *noli me tangere egregiè ſolâ inunctione juvat.*

Pilulæ Arthriticæ : *ad podagræ inſultus adhibentur.*

de Euphorbio : *podagræ â frigidis & pituitoſis humoribus ortæ opitulantur.*

Fœtidæ majores : *podagræ proſunt pituitam craſſam, lentam ac tenacem evacuando.*

Opopanace & de Sagapeno : *ad podagram & gonagram commendantnr.*

Rob Ebulinum : *podagricis procurato ab ejus ſumptione ſudore benefacit.*

Theriaca Andromachi : *podagrâ afflictis poſt inclinationem non ſemel tantùm ſed multoties pondere drachmæ unius pota pro viribus & ægri temperamento con-*

*ducit & opitulatur dolentibus etiam impoſita.*

*PODAGRA* eſt Arthritis pedum; *CHIRAGRA* manuum, das Zipperle der Händ/*GONAGRA* genuum.

## Pulmones expurgant.

Emplaſtrum Filij Zachariæ: *craſſa lentáque pulmonis excrementa ad ejectionem per ſputum magis habilia reddit.*

Extractum Agarici: *pituitam craſſam & lentam ex pulmonibus maximè expurgat.*

Oleum Irinum: *quæ in pulmone ſunt, concoquit.*

ſeminis Carthami: *pulmonem expurgat.*

Species Diapenidion: *craſſos humores attenuat, eosdémque expulſioni aptos reddunt.*

de Calamintha: *humores viſcidos, ac craſſos, bronchia pulmonum obſidentes expurgat.*

Syrupus de Piloſella: *exhibetur potiſſimùm ijs, quibus pulmones pituitoſo humore*

*more infarciuntur : ſiquidem fluxum coquit & expectorationem promovet.*

## Purgant Bilem & ſeroſos humores.

Confectio Hamech major : *utramque bilem purgat.*

Decoctum Capillorum Veneris : *bilis flavæ ardorem compeſcit.*

Diacaſſia cum Manna : *flavam bilem ejicit.*

Electuarium Caryocoſtinum : *bilem utramque evacuat.*

Epiſcopi ſeu Eleſcoph : *bilem flavam educit.*

Hieræ compoſitæ : *inter initia convenit bilioſis.*

Lenitivum Florenzolæ : *bilem blandè, ac ſine vel noxa vel moleſtia educit.*

Lenitivum de Manna : *ad utramque bilem reprimendam accomodatum exiſtit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0209-9

de Pſyllio : *bilem flavam educit & ejus fervorem temperat.*

è ſucco Roſarum Nicolai : *commendatur ad purgandam materiam bilioſam & calidam.*

Extractum Diacarthami : *ſeroſos præ cæteris humoribus expurgat.*

Diacitri : *ad humores ſeroſos & bilioſos purgandos feliciter uſurpatur.*

Gummi Gamandræ : *Corpus ab omni ſeroſitate ſine difficultate purgat.*

Infuſum Seri lactis : *bilem flavam, tenues & calidos ichores eidem admixtos clementer & ſine moleſtia educit.*

Pulpa Caſſiæ : *flavam bilem infernè deturbat.*

Tamarindorum : *bilem facilè ſolvit.*

Rob Ebulinum : *bilem & aquas modeſtè detrahit.*

Syrupus florum Acaciæ : *ichores ſanguini admixtos, tenuéque ſerum leniter expurgat.*

de Carthamo : *ſeroſos humores leniter per alvum educit ac extergit.*

Do-

Domeſticus ſeu de Spina infectoria: *bilem & ſeroſos maximè humores purgat.*
de floribus Perſicorum: *aquas & bilem educit.*
de Rhabarbaro ſolutivus: *utramque bilem deturbat,*
Roſatus ſolutivus compoſitus, ſine Elleboro & cum Ambubeja: *utramque bilem ac ſeroſos humores blandè evacuant.*

## Purgant Melancholiam & atram bilem.

Electuarium lenitivum Florenzolæ: *ſuccum melancholicum ſine moleſtia blandè educit.*
Diaſenæ: *omnibus noxis ex atra bile natis medetur.*
Extractum Melampodij & Melanagogum: *atram bilem & retorridos humores ſolutu contumaces potenter evacuant. legantur plura de Melancholia &c. pag. 128.*

Pi-

## Pituitam purgant.

Electuarium Benedictæ ſolutivæ: *humores pituitoſos ad articulos potiſſimùm decumbentes elicit.*

Hieræ compoſitæ: *ad Enematum uſus valdè eſt ſolemnis: probè enim pituitam lentam & craſſam evacuat.*

Indum majus: *putridorum humorum maximè pituitoſorum excrementa à partibus nutritioni ſervientibus educit.*

Lenitivum Florenzolæ: *pituitam blandè ac ſine moleſtia vel noxa educit.*

Extractum Agarici: *pituitam lentam & craſſam in partibus principalibus contentam expurgat.*

Phlegmagogum: *morbos à pituita ortos juvat.*

Pilulæ de Bdellio: *humores pituitoſos potiſſimùm à remotis partibus educunt.*

de Euphorbio: *pituitam craſſam è partibus remotiſſimis potentiſſimè extrahunt.*

Fœ-

Fœtidæ majores : *pituitam craſſam, lentam, ac tenacem evacuant, ſed non niſi robuſtis exhibendæ.*

de Fumaria : *pituitam ſalſam ſolvunt.*

de Hermodactylis majores & de Nitro : *ad humores craſſos, viſcidos & frigidos ex remotiſsimis partibus educendos efficaces ſunt.*

Pulvis Senæ præparatæ : *hoc pulvere pituitam ſalſam & putrilaginem jam conceptam deturbamus.*

Rob Ebulinum : *pituitam modeſtè detrahit.*

Syrupus de Carthamo : *pituitoſos humores leniter per alvum educit ac extergit.*

Fumaria compoſitus : *educit pituitam ſalſam.*

de Rhabarbaro ſolutivus & Roſatus compoſitus ſine Elleboro : *pituitam leniter per alvum educunt.*

de Spina infectoria ſeu Cervina : *pituitam purgat.*

Tro-

Trochiſci Alhandali: *pituitam & humores craſſos, glutinoſos è profundis longéque diſtantibus partibus extrahunt.*

## Pituitam & Bilem ſimul evacuant.

Diacydonium ſolutivum pellucidum: *bilem & pituitam potenter educit, pro delicatulis & ijs, qui pharmaca cætera averſantur, ac reſpuunt, concinnatum, in febribus tamen continuis minimè tutum.*

Diaphœnicon ſolidum: *viribus affine eſt Electuario: altero tamen longè gratiùs.*

Diaturbit cum Rhabarbaro: *flavam bilem & pituitam educit.*

Electuarium de Citro ſolutivum: *idem ferè præſtat quod Diacarthamum, niſi quod gratius ſit.*

Diarcarthami: *flavæ bili ac pituitæ educendæ mirificè prodeſt.*

Diaphœnicon Meſuæ: *bilem flavam & pituitam ſine moleſtia educit.*

Epi-

Epiſcopi : *flavam bilem ac pituitam elicit.*

Hieræ cum Agarico : *bilem & pituitam citra moleſtiam educit.*

Holippæ purgantes : *pituitoſos bilioſóſque humores evacuant, uſui ſunt ijs potiſſimùm, quibus appetitus perverſitas alterius medicamenti ſumptionem diſſuadet, quíque ob ſaporis offenſam alioquin tolerandam ſic ſtudioſè falli deſiderant.*

Pilulæ Aggregativæ minores & Aſſaieret: *bilem flavam & pituitam præſertim ventriculo inſidentem modeſtè purgant.*

de quinque Generibus Myrobalanorum : *pituitam & bilem utramque evacuant.*

Species Epiſcopi : *eaſdem vires præſtat, quas Electuarium poſſidet, vulgò tamen in hac forma magis expetitur.*

Zingiber ſolutivum : *bilem & pituitam evacuat, cautè tamen eo utendum, præſertim cùm vulgus promiſcuè eo abutatur, ad quoscunque affectus indiſcretè, ac præpoſterè id adhibens.*

Pur-

# Purgant omnes humores.

Acetum Scilliticum : *totius corporis purgatorium medicamentum exiſtit.*

Electuarium Diacatholicon : *univerſos corporis humores blandè ac innoxiè educit.*

Lenitivum de Manna : *ad univerſi corporis purgationem exiſtit.*

Elixir purgans Panchymagogum : *cacochymiæ univerſali evacuandæ ſingulariter accommodatum exiſtit.*

Extractum Catholicum : *medicamentum eſt Catholicum ſeu univerſale, omnes in univerſum humores deturbans.*

Holagogum : *generale eſt medicamentum, cunctos in univerſum humores valenter à remotis partibus evocans ac expurgans, ſed cautè uſurpandum.*

Panchymagogum : *omnes in univerſum humores expurgat.*

Pilulæ Aggregativæ majores : *polychreſta Catapotia dicuntur : eò quòd omnes humores purgent.*

Ara-

Arabicæ : *omnes humores mirificè purgant.*

Sine quibus eſſe Nolo : *efficaciſſima ſunt hæ pilulæ ad purgandos omnes humores partium ſuperiorum.*

de Tartaro Quercetani : *omnes humores craſſos, tartareos, ſalſos & mucilaginoſos radicitus â partibus profundiſſimis eliciunt.*

Pulvis Tartari Cryſtallini ſolutivus : *pituitam & bilem, ſuccum melancholicum & aduſtos ac retorridos humores purgat.*

Syrupus lenitivus de Tribus : *omnes æqualiter humores evacuat.*

## Putredini reſiſtunt.

Acetum Theriacale : *putredinem humorum arcet.*

Confectio Cordialis : *humores putreſcentes corrigit, aut eos corrumpi prohibet.*

Ad Vermes : *putredinem humorum, ex quibus Vermes vel alia animalia naſcuntur, arcet ac emendat.*

de Hyacintho & Trochiſci de Croco : *humorum putredinem corrigunt & arcent.*

Elixir proprietatis Paracelſi : *ad internas humorum putredines prohibendas commendatiſſimum exiſtit.*

Mel Roſatum ſimplex & Citratum : *putredini adverſantur & corruptionem humorum arcent.*

Oxyſaccharum ſimplex : *putredini arcendæ conducit.*

Pilulæ de Aloe roſata : *humorum putredinem arcent.*

Peſtilentiales communes : *internas putredines fugant.*

Pulvis Bezoarticus : *internas putredines abolet.*

Spiritus Salis ſimplex : *omni putredini reſiſtit.*

Vitrioli Cordialis Angeli Salæ : *contra putredines inprimis ſalutare medicamentum.*

Syrupus Acetoſitatis Citri : *ſpirituum putredini, prout etiam humorum ac aëris, totâ ſubſtantia ſua reſiſtit.*

Aceto-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0218-6 DFG

Acetoſus ſimplex & de Agreſtâ: *à putredine vindicant.*

de ſucco Cardui Benedicti & Limonibus: *humorum putredinem arcent.*

Roſatus ſolutivus ſimplex: *putredini ſubamara & aromatica ſua qualitate reſiſtit.*

Scordio ſimplex & compoſitus: *morbis omnibus ab humorum corruptela ſeu putredine natis, conferunt & adverſantur.*

Theriaca communis ſeu Auguſtana: *humorum putredini adverſatur, eorúmque corruptionem prohibet.*

Thrypheræ omnes: *humorum putredines corrigunt & emendant.*

## R.

## Renum Obſtructiones liberant.

Aqua Nephritica D. D. Joan. Georgij Brenggeri: *obſtructiones renum aperit.*

Benedicta laxativa: *humores pituitoſos*

*à renibus purgat, ſi per Clyſteres ſumatur, ſed in cauſa calida ab ejus uſu deſiſtendum.*

Species Diacurcumæ: *renum vitijs ab obſtructione craſſorum & viſcidorum humorum natis opem ferunt.*

Dialaccæ majores: *renum & Veſicæ durities diſſipant.*

Lithontribon: *renum obſtructiones à frigidis & craſſis ſuccis ortas expediunt.*

Syrupus de Althæa Fernelij: *citra manifeſtum calorem, craſſam, obſtruentémque pituitam expurgat.*

Nephrocatharticus Iouberti: *renum & ureterum obſtructiones liberat.*

de duabus & quinque Radicibus: *renum infarctus penetrant.*

## Renum ardorem & dolorem mitigant.

Electuarium lenitivum Florenzolæ: *renum morbis præſertim à calore natis confert.*

Ole-

Oleum Violarum : *renum immoderatum calorem reſtringit.*

Pulpa Caſſiæ : *renum calori cum infuſo liquiritiæ confert.*

Syrupus de Cichorio ſimplex : *renum intemperiem calidam emendat.*

Vnguentum infrigidans Galeni : *renum dolori à cauſa calida provenienti opem fert.*

Roſatum Meſuæ : *renum ardoribus ſalubre eſt.*

## Renum Affectus frigidos & dolores abigunt.

Electuarium Juſtinum : *ad dolorem renum minuendum haud incommodum.*

Emplaſtrum Ceroneum : *renum frigus vi ſua calefaciente diſſipat.*

Oleum Laurinum : *renum affectibus frigidis medetur, ac dolorem his ſuccedentem abolet.*

Liliorum alborum utrumque : *dolores renum à frigore ſedat, lenit & mitigat.*

de Piperibus : *ad affectus renum frigidos utiliſsimè adhibetur.*

ex Piſtachijs & Pineis : *renum dolores potenter leniunt.*

Rutæ & ex Styrace : *dolentibus à frigore renibus conferunt.*

Philonium Romanum & Tarſenſe Galeni : *renum dolores ab intemperie frigida, flatibus craſſis aut crudis humoribus excitatos ſedant.*

Vnguentum Aregon Nicolai : *renum dolores ſanat.*

## Calculo Renum & Veſicæ auxilio ſunt.

Aqua Nephritica : *ſabulum ex renibus & ureteribus propellit, terreſtrē ſubſtantiam, calculorum renum, & veſicæ genitricem diſſolvit : & lapillos jam procreatos ſenſim propellit & conterit, inque arenulas redactos educit.*

Aurea Alexandrina : *calculos renum & veſicæ comminuit.*

Electuarium Ducis ex Nicolao & Juſtinum : *calculos elidunt & atterunt.*

Ma-

Magiſterium Tartari Vitriolati : *in calculo multo cum fructu exhibetur.*

Mithridatium Damocratis: *ad frangendos calculos efficax exiſtit.*

Oleum Amygdalarum amararum: *calculoſis renum vitiis in fiſtulam urinariam immiſſum medetur.*

è granis Citri: *calculum veſicæ & renum detrudit.*

de Lateribus: *calculum veſicæ pellit.*

Nardinumutrumque: *renum calculis opitulatur.*

Scorpionum ſimplex: *veſicæ ac renum calculos diſſipat, lumbis, pubi, perinæo in Solij egreſſu illitum, & in porum urinarium immiſſum.*

Oxymel diureticum: *potenter calculos renum propellit.*

Philonium Meſuæ: *frangit calculos veſicæ cum decocto ſaxifragiæ.*

Pulpa Caſſiæ: *calculi generationem prohibet.*

Pulvis contra calculum: *datur calculoſis ex aqua Maluæ aut Ononidis.*

è Cineribus Avicennæ: *calculos poten-*

 ten-

*tentiùs elidit, nec niſi conſideratè uſurpandus.*

Rob Cynosbati: *ad renum calculos atterendos uſurpatur.*

Juniperinum & Veronicæ: *calculos eijciunt & atterunt.*

Species Dialaccæ majores: *uſurpantur ad calculos atterendos.*

Lithontribon: *veſicæ & renum calculos potentiſſimè elidunt, ac expellunt, miram calculoſis utilitatem exhibentes.*

Syrupus de Althæa Fernelij: *arenulas blandè ac clementer expurgat.*

Capillorum Veneris compoſitus: *è renibus & veſica mucores ac arenulas exigit, in finem Dodonæi paratus.*

de Fragis: *calculos atterit.*

Florum Hyperici: *calculoſis auxilio eſt.*

Nephrocatharticus: *calculos atterit & arenulas expurgat.*

de ſucco Veronicæ: *renum calculos & arenulas propellit.*

Theriaca Andromachi: *deterit lapides re-*

*renum cum decocto Apij & Petroſelini aut ſemine Dauci.*

Tinctura Coralliorum: *in calculo & vaſis urinarijs proficuum medicamentum.*

## Renum exulcerationi medentur.

Oleum Nymphææ: *renum ulceri commodum, illitum aut injectum.*

Syrupus de Althæa Fernelij: *viſcidam purulentámque renum ſaniem clementer expurgat.*

de ſucco Veronicæ: *renes purulentas mundificat & ſanat.*

Trochiſci Alkekengi: *in fiſtulâ urinaria, ureteribus & renibus exulceratis feliciter exhibentur.*

Cypheos Damocratis ex Galeno: *dantur commodè ijs, qui renes exulceratos habent.*

Gordonij: *renum exulcerationes ſanant.*

## Renum Imbecillitati ſuccurrunt.

Diaſatyrion Nicolai: *contra renum & ve-*

*ſicæ imbellicitatem valet, frigidam ac velut emortuam genitalium partium intemperiem corrigit.*

Oleum Cheyrinum : *veſicæ ac renibus confert.*

Species Diathamaron : *renum impotentiæ & debilitati ſuccurrunt.*

Tinctura Hyperici : *morbis renum prodeſt.*

Tryphera minor Phœnonis Meſuæ : *renes & veſicam roborat.*

Vnguentum Comitiſſæ : *renes laxatos ſtringit, ſi eo inungantur.*

## Renes expurgant.

Electuarium Benedictæ laxativæ : *humores pituitoſos à renibus & veſica purgat, ſi in Clyſterijs uſurpatur, ſed in cauſa calida ſemper abſtinendum.*

Eleſcoph : *humores ad renes & veſicam decumbentes expurgat.*

Indum majus : *inflationem renum perſanat.*

Hieræ compoſitæ : *ad Enematum uſus valdè eſt ſolemne : probè enim renibus*

*nibus & veſicæ humoris deturbatione proficit.*

Pilulæ de Benedicta: *humores pituitoſos à renibus & veſica purgant.*

Rob Juniperi: *renes & veſicam à mucoſitate repurgat.*

Veronicæ: *urinarios meatus expurgat.*

Spiritus Salis ſimplex: *renes & veſicam evacuat.*

Syrupus Diaſereos Andernaci: *renes emungit.*

Tinctura Tartari: *veſicam & renes à ſuperfluis liberat.*

Trochiſci de Agarico: *renes mundificant.*

## Renum Hæmorrhagiam ſiſtunt.

Rob Cynosbati: *ad hæmorrhagias renum & veſicæ cohibendas efficax eſt.*

Syrupus Myrtinus compoſitus: *hæmorrhagiam renum cohibet.*

de ſucco Plantaginis: *renibus ſanguinem fundentibus auxilio eſt.*

Tro-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0227-6

Trochiſci Gordonij : *ſanguinis mictum inhibent.*

## Ructus compeſcunt.

Acetum Scilliticum: *non acidum, non ſalſum ructabis, ſi aliquid aceti hujus aſſumpſeris.*

Aqua Stomachica : *ructus in ventriculo obortos tollit & diſſipat.*

Confectio poſt Paſtum : *ad ructus acidos compeſcendos ſingulariter commendatur.*

Rob de Agreſta : *biliosos ructus compeſcit.*

Species Diacuminu : *Oxyregmiæ opitulantur.*

Diagalangæ Meſuæ : *ructus acidos compeſcunt.*

Diatrion Pipereon Galeni : *ructus acidos juvant.*

*OXYREGMIA*, ſaure Gröltzer / Koper/ oder Auffſtoſſung deß Magens / id eſt ructus acidi, qui ſine aliqua pituita quandóque in ventriculo frigidiore, & in quibuſdam lævitatibus inteſti-

norum

norum, quæ ex frigiditate ortum habent, fiunt.

## Rupturis competunt.

Ceratum ex Pelle Arietina: *præcipuè herniosis prodeſt.*

pro Herniosis D. D. Noribergenſium: *ad hernias ſummè efficax.*

Emplaſtrum Apoſtolicon: *uſurpatur ad inteſtinorum ramices.*

Pulvis ad Caſum: *propinatur ruptis ex vino adſtringente vel alio liquore convenienti.*

Vnguentum Viride Reginæ: *datur intra corpus ruptis.*

## S.

## Saniem ſiccant & Pus movent.

Ceratum Iſis ex Galeno: *fœdam ulcerum antiquorum & quæ mali moris, ſaniem exſiccat & abſtergit.*

Emplaſtrum Tetrapharmacon Galeni: *ſolemne ad pus movendum remedium exiſtit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0229-0

Vnguentum Ægyptiacum ſimplex : *valentiſſimum ad ſaniem ſiccandam, ſordes detergendas & carnem abſumendam.*

## Sanguinem purgant & mundificant.

Decoctum Capillorum Veneris : *ſanguinem purificat, ejusdémque fervorem attemperat.*

de Fumaria : *ſanguinem à bile flava & aduſtis humoribus repurgat.*

Electuarium lenitivum de Manna : *ad purgandum ſanguinem accommodatum exiſtit.*

Infuſum Seri Lactis : *ſanguinem depurat.*

Pilulæ de Fumaria & Imperiales : *ſanguinem mundificant & purificant.*

Rob Veronicæ & Pulpa Caſſiæ : *ſanguinem mundificant & depurant.*

Syrupus de Boragine & Bugloſſo : *ſanguinem complanant.*

de Fumaria ſimplex : *ſanguinem mundificat.*

Lu-

Lupulo : *ſanguinem purgat ejúſque ebullitionem temperato calore compeſcit.*
de Polypodio & Roſatus laxativus cum Ambubeja : *ſanguinem depurant, & aduſtum corrigunt.*

Tinctura Coralliorum : *mundificat & renovat pleniſſimè ſanguinem in toto corpore.*

Tryphera minor , *ſanguinis corruptionem emendat.*

## Sanguinem ſiſtunt.

Athanaſia magna : *ſanguinis à quacunque cauſa natis rejectionibus auxiliatur.*

Aurea Alexandrina : *ſanguinis eductionibus præſenti auxilio eſt.*

Philonium Meſuæ : *fluxum ſanguinis ex ore cum ſucco Plantaginis ſedat.*
Perſicum : *excretiones cruentas per inferna compeſcit.*
Romanum majus : *ſanguinis eductionibus confert.*

Rob Veronicæ : *datur ſanguinem ſcreantibus.*

Theriaca Andromachi : *convenit ſangui-*

*guinem exſpuentibus ſive à thorace ſive à pulmone fiat eductio, ſi quidem recens eductio ſit cum poſca, inveterata verò cum aqua decocti radicum Symphiti manè & veſperi.*

Trochiſci de Charabe: *ſanguinem excreantibus auxiliantur.*

de Corallio: *ſanguinolenta excreantibus mirè ſubveniunt.*

## Scabiem & Pruriginem emendant.

Decoctum Epithymi: *fœdæ ſcabiei medetur.*

Electuarium Diaſenæ Nicolai: *ſcabie affectis prodeſt.*

Senatum & Confectio Hamech: *ſcabiei mirificè conferunt, undè omni fœditati à bilioſis & aduſtis humoribus procreatæ quàm maximè conducunt.*

Extractum Melampodij: *ſcabiei opem fert.*

Infuſum Seri Lactis: *cutem à ſcabie & prurigine mundificat.*

Oleum Laurinum : *ſcabie infeſtatis & asperâ impetigine laborantibus in Balneo inunctum medicatur.*

Nucum Juglandium & ex Styrace : *ad ſcabiem commendantur additâ Ellebori albi octavâ portione.*

Pilulæ Aggregativæ minores & de Fumaria : *ſcabiem & pruritum juvant.*

Pulpa Tamarindorum : *ſcabiem patientibus commodè exhibetur : námque cutaneas exulcerationes omnes à ſanguinis aduſtione natas tollit.*

Pulvis Senæ præparatæ : *hoc pulvere ſcabiem, cæterásque ejus generis ſordes eluimus.*

Syrupus de Epithymo : *fœdam corporis ſcabiem & nigram emendat.*

de Fumaria uterque : *pruritum & ſcabiem auferunt.*

Polypodio : *cutem à ſcabie fœdam eluit.*

Vnguentum Album ſive de Ceruſſa dictum : *commendatur ad ſcabiem, prurigines ac puſtularum eruptiones & acrem ſerpiginem.*

Album Camphoratum : *ad prædicta valentius eſt propter Camphoram.*

de Lithargyro : *prodeſt ſcabiei & ſiccat ſine morſu.*

Nicotianæ ſeu ex Peto vel Tabaco : *cutem à ſcabie mundificat,*

Ex Rhamno ſeu Frangula : *ad cutis vitia ex ſcabie uſus erit, tutius longè omnibus Mercuriatis & verè dici poteſt Vnguentum ad ſcabiem compoſitum.*

Ad Scabiem : *confert ad ſcabiem & pruritum, cujus fervorem temperat.*

*SERPIGO*, vulgò Zitterach / qui & *HERPES* in genere nominatur : eſt repens inflammatio ex ſyncera flava bile ſuam ſervante naturam.

*PRVRIGO* ſeu *PRVRITVS*, das Jucken / kleine Rauden / *ſenſus* pruriginoſus eſt, cum exigua quadam moleſtia.

# SCORBUTO.

*SCORBVTVS* Noſtratibus Scharbock / juxta Cl. Lazarum Riverium nil aliud eſt, quàm affectio hypochondriaca peculiarem malignitatis gradum adepta.

Aqua Antiſcorbutica D. D. Tobiæ Dorncreilij: *valet propriè ad affectum Scorbuticum cum maritimis & Aquilonijs regionibus propter parentum propagationem ob victûs rationem & propter contagium Endemium.*

Syrupus Scelotyrbicus: *ſcorbuto imprimis medetur, ejusdémque ſymptomata varia mitigat.*

## Scroto medelam porrigunt.

Ceratum Cerine Geſiphontis: *exiccat mirificè humores omnes corporis partium & præſertim ſcroti.*

Vnguentum Jovis: *ſcroti, præſertim incendijs ſalutare eſt.*

## Seminis profluvium reſtringunt.

Oleum Nymphææ: *Gonorrhæam arcet & tentiginem propellit, genitalibus illitum.*

Syrupus de Nymphæa ſimplex: *ſemen immodicè fluens reſtringit.*

Trochiſci de Agno caſto: *profluvio ſeminis medentur & Gonorrhæã ſupprimunt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0235-0

*GONORRHÆA* ſimplex non Virulenta eſt ſeminis invita & aſſidua profuſio.

## Senſus labantes reſtituunt.

Aqua Confortativa uſitata : *ſenſuum internorum & externorum organa reficit.*

Confectio Anacardina ſeu Sapientum : *ſenſus omnes juvat.*

Diacorum Meſuæ : *acuit omnes ſenſus & ingenium.*

Mel Anacardinum : *labantes ſenſus refricat & oblivionem diſcutit.*

Pleres Archonticon : *ſenſum deperditum reſtituit.*

Pilulæ Aureæ : *ſenſus omnes exacuunt.*

Tinctura Hyperici : *in contumacibus affectibus valdè utilis : ſtupiditatem enim, torporémque mentis, quantum per artem licet, corrigit.*

## Singultum ſiſtunt.

Aqua Maſtichina : *ſingultum profligat.*

Philonium Majus ſive Romanum : *ſingultum etiam vehementem liberat.*

Meſuæ & Tarſenſe : *ſingultus ſedant.*

Spe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0236-5
DFG

Species Diacalaminthes Meſuæ : *natum ex flatibus craſſis ſingultum ſolvunt.*

Syrupus de Mentha uterque : *ſingultum ſedat.*

*SINGULTUS*, Vulgò Schnäckler / Hätſcher / eſt morbus ventriculi depravatus, quo rem tunicis ventriculi noxiam excutere nititur.

## Sitim ſedant.

Electuarium Diaſebeſten Bartholomæi Montagnanæ : *ſitim extinquit.*

Flos ſeu Pulpa Caſſiæ : *ſitim coërcet.*

Juleb Sambucinum : *in potu iucundus, noſtratibúsque admodum familiaris exiſtit.*

Oxymel Elleboratum Juliani : *ſitim auſert.*

Oxyſaccharum ſimplex : *ſiti ſedandæ conducit.*

Pulpa Prunorum : *ſitis faſtidia permulcet.*

Rob de Agreſta & Ceraſorum ſimplex : *ſitim ſedant.*

Berberis : *ſitim in expletam paccat.*

de Ribes utrumque : *ſitim reſtinguit,*

*partim eam, quæ ex ventriculo concale-factô, tùm eam, quæ ex cordis omnium partium intemperie ſiccâ & calida orta eſt.*

Species Diatragacanthi frigidæ : *ſiti immodicæ, quam pulmonum calor invexit, confert.*

Spiritus Salis Nitri ; *pro reſtinguenda ſiti adhibetur.*

Syrupus de Portulaca : *ſitim inexhauſtam ſedat.*

Roſatus ſolutivus ſimplex : *ſyrupus is in uſu celeberrimus eſt ad ſitim inexpletam ſedandam.*

Violatus ſimplex : *ſiti inexplebili commendatur.*

Violatus ex ſucco Foliorum : *ſitim relevat.*

Violatus ſolutivus : *in ſiti inexplebili commendatur.*

Trochiſci de Berberis : *ſumantur integri & in ſubſtantia ad ſitim ſedandam.*

de Camphora : *ad ſitim in expletam utiliter adhibentur.*

San-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0238-7

Santalis & Spodio : *ad ſitim levandam & continuam ſedandam uſurpantur.*

Tryphera Perſica Meſuæ ſeu Joan. Damaſceni : *ſitim reſtinguit.*

## SPHACELO & GANGRÆNÆ.

Vnguentum Ægyptiacum compoſitum magiſtrale : *uſus hujus unguenti plurimùm commendabilis eſt in Gangræna & Sphacelo, carnem enim mortuam à ſana potenter ſeparat.*

*GANGRÆNA*, der heiſſe Brand / eſt alicujus membri mortificatio ex magnitudine inflammationis, quæ jam fit, non quæ facta eſt, ex ſumma intemperie proveniens, cum ſenſus hebetudine, partes ſolumodo duras & ſolidas afficiens.

*SPHACELOS*, ein geſtorbnes / abgeſtandnes oder todtes Glied / eſt tam mollium quàm durarum partium mortificatio & corruptio nõ ampliùs in fieri ſed potiùs in facto eſſe.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0239-6

## Somnum alliciunt.

Diacodion Joan. Baptiſtæ Montani: *uſus ejus in perpetua & continenti tuſsi pervigilium excitante.*

Electuarium Diaſebeſten Bartholomæi Montagnanæ: *vigilias arcet.*

Juleb Violarum & Syrupus Roſatus ſolutivus: *inſomniam febrium levant.*

Laudanum opiatum: *ſomnum allicit, ſed maxima cum cautela ægris propinandum.*

Oleum Anethinum & Mandragoræ: *ſomnum conciliant & vigilantibus fronti, naribus & temporibus illita proſunt.*

Papaverinum: *prædicto modo illitum ſomnum frigore & humiditate conciliat.*

Roſatum vulgare: *ſomnum inducit.*

Philonium Meſuæ: *ſtatim ſomnum provocat, cum aqua Lactucæ vel Syrupo Papaveris exhibitum.*

Majus ſive Romanum: *inſomniam levat & ſomni conciliatione vires reficit, ac recreat.*

Pilulæ de Cynogloſſo & Caſtoreo: *ſomnum conciliant.*

Re-

Requies Nicolai: *temporibus & naribus inuncta requiem affert ſomni conciliatione.*

Syrupus de Nymphæa uterque: *Veneris inſomnia cohibet & levat.*

de Papavere ſimplex & compoſitus: *ſomnum potenter conciliant.*

Florum Rhæados & Violatus ſimplex: *vigilias arcent & ſomnum inducunt.*

Violatus è ſucco: *confert naturis delicatis ſomnum inducendo.*

Vnguentum Populeon: *ſomnum conciliat, fronti, temporibus aut manuum aut pedum pulſibus illitum.*

## SPASMO & TORTURÆ.

*SPASMVS*, der Krampff / id eſt *CONVULSIO*, eſt muſculi ad ſuum principium contractio vide, *CONVULSIO.*

Aqua Mirabilis Langij: *Spaſmum & Torturam curat.*

Hirundinum compoſita: *Spaſmum reprimit ac abrumpit.*

Hiera Pachij: *convulſionem cynicam, ſeu caninam dictam aufert.*

Mithridatium Damocratis: *valet ad Spaſmum & Tetanum extra admota ſive intus ſumpta.*

Oleum Liliorum convallium & de Caſtoreo : *Tetanum ſanant & ſpaſmaticis conferunt.*

Liguſtrinum ſive Cyperinum : *Opiſtotonicis ſuccurrit.*

Majoranæ : *iuvat Spaſmum Cynicum naribus immiſſum, aut ore detentum, ac ſternutamentum leviter ciet, in Opiſtotonicorum cataplaſmata additur.*

Philoſophorum : *Spaſmo Cynico potum aut inunctum medetur.*

de Piperibus Meſuæ : *ad Spaſmum utiliſſimè adhibetur.*

Pilulæ de Opopanace : *Spaſmum Cynicum levant.*

Syrupus de Pœonia : *Spaſmo auxiliatur.*

de Stœchade compoſitus Meſuæ & Fernelij : *Spaſmo Cynico medicantur.*

Theriaca Diateſſaron : *valet ad Spaſmum Cynicum ſive admota, ſive epota.*

Vnguentum Aregon ſive Auxiliare dictum : *Tetano conducit.*

de

de Bdellio : *commendatur ad Spaſmum jam confirmatum.*

Particularis oris convulſio ex contractione lati muſculi ex una tantùm parte oriunda : *SPASMUS CYNICUS*, ſeu Convulſio canina & oris tortura nominatur.

*OPISTOTONOS*, dicitur quando corpus ad poſteriora convellitur.

*TETANUS*, nuncupatur, quando muſculi & nervi tam anteriores, quàm poſteriores contrahuntur, partésque ab oppoſitis muſculis attractæ velut in æquilibrio poſitæ, rigidæ & erectæ permanent.

## Spiritibus & Viribus debilibus opem ferunt.

Aqua Aurea D. D. Joan. Langij : *vires omnes corporis fulcit.*

Confortativa uſitata : *in omni debilitate & virium languore exhibetur, ſpiritus animales puriores reddit.*

Cordialis temperata : *in ſubito virium lapſu ex defectu ſpirituum animalium efficax,*

*ficax, viréſque univerſi corporis manifeſtè reſtaurat.*

Odorifera: *ſpiritus animales mirè reficit.*

Vitæ compoſita: *omnes in univerſum corporis vires firmat, ſpiritúsque reficit.*

Elixir vitæ Matthioli: *in moribundis ferè (licet non omnibus) miraculum præbet.*

Eſſentia Ambræ: *illuſtre remedium ad ſpiritus animales reficiendos.*

Manus Chriſti ſimplex & cum Margaritis: *viribus dejectis medentur.*

Philonium majus: *ſomni conciliatione vires reficit.*

Pilulæ Imperiales incerti Autoris: *ſpiritus purificant.*

Pomum Ambræ utrumque: *ſpiritus cum vitales tum animales recreat & fulcit.*

Potus Hippocraticus uterque: *miram vim ad ſpirituum inſtaurationem, præſertim in morbis frigidis obtinet.*

Pulvis Bezoarticus & de Bolo ſimplicior: *ſpiritus vitales fulciunt & extingui prohibent.*

pro Epithemate cordis: *dejectis propemodùm*

*modùm vitalibus facultatibus ſpiritus refocillando ſuccurrit.*

Species contra Apoplexiam & Confectio cordialis : *ſpiritus redintegrant & vitales plurimùm reficiunt.*

Diambræ : *ſpiritus cum vitales tum animales adaugent.*

Diamargariton calidæ & frigidæ : *omnem virium imbecillitatem firmant.*

Diaxyloaloes : *ſpiritus plurimùm exhilarant.*

de Hyacintho : *viribus exolutos ſibi ipſis reſtituunt.*

Lætificantes Galeni : *vires debiles inſtaurant.*

Spiritus Euphraſiæ : *ſpiritus in cerebro mundat & clarificat.*

Syrupus Acetoſitatis Citri : *ſpiritus ab immodico calore attenuatos reſolvi prohibet.*

Florum Arantiorum & de Cinnamomo : *ſpiritus inſtaurant & vitales plurimùm recreant.*

de ſucco Meliſſophylli & Juleb Roſarum : *ſpiritus augent & vitales reficiunt.*

Stru-

## Strumas ſanant.

Emplaſtrum Apoſtolorum : *ad ſtrumas recentes perutile.*

Diachylon ſimplex & Ceratum Sacrum Galeni : *ſtrumas diſſolvunt & diſſipant.*

Oleum Balaninum : *ſtrumas emollit & digerit.*

Irinum Meſuæ : *ſtrumas diſſipat.*

Pulvis ad Strumas : *Botium reprimit, ac incipientes colli ſcrophulas non tamen malignas diſcutit : ad ſtrumas inſuper abolendas, reiteratâ ſæpiùs ejus aſſumptione, feliciter exhibetur drachma ſemis in pane ſicco lunâ decreſcente per 14. dies.*

Vnguentum Nicotianæ , ſeu ex Peto vel Tabaco : *hujus unguenti miram vim in diſsipandis ſcrophis ineſſe ait Laurentius Ioubertus in ſua pharmacopoeja.*

*SCROPHULA & STRUMA*, Kröpff / ſunt glandularum tumores ſcirrhoſi peculiari membranâ concluſi in cervice & collo frequentiſſimè orti & certis locis dicati uti in regiuncula Stiriæ contingunt,

tingunt, dahero die Kröpffete Pintzgauer ꝛc.

## Sudores movent.

Aqua Bezoartica Mindereri : *valenter hæc aqua ſudorem pellit.*

Bardanæ compoſita : *ſudores potentiſſimè prolicit.*

Stapediana prima & ſecunda : *ſudores potentiſſimè prolectant.*

TheriacalisBezoartica & Acetum Theriacale : *ſudores egregiè promovent.*

Conſerua Hederæ terreſtris compoſita : *mira in eliciendo ſudore præſtat.*

Electuarium de Bolo & Confectio Liberantis : *ſudores evocant.*

de Ovo Maxm. I. Imperatoris P. F. Aug: *ſudores potenter movet.*

Flores Salis Armoniaci : *inſigne diaphoreticum in variјs morbis.*

Oxymel compoſitum : *ſudores coctâ jam materiâ prolectat.*

Rob Cydoniorum : *ſudores potiſſimùm tamen in adultis ac ætate provectis promovet.*

Ebu-

Ebulinum & Veronicæ : *ſudores movent.*

Sambucinum : *Ebulino viribus affine eſt.*

Spiritus Diatrion & Theriacalis Camphoratus : *in eliciendo ſudore magnæ efficaciæ exiſtunt.*

Syrupus Acetoſus ſimplex & florum Arantiorum : *ſudores movent & eliciunt.* de ſucco Cardui Benedicti, Hederæ terreſtrjs & de Scordio ſimplex : *ſudores movent & proliciunt.*

## Suppuratis & Empijcis ſuccurrunt.

Lohoch è ſucco Scillæ & ad Aſthma: *ſuppuratis ſummoperè ſubveniunt in magna puris copia thoracem opprimente.*

Syrupus de Praſio : *ſuppuratorum pus egregiè diſſolvit, diſſecat & incîdit, tergit, educit & in apertum promovet.*

Licet *EMPYEMA* omnem ſuppurationem ſignificet, uſus tamen obtinuit, ut non niſi pro puris collectione in capacitate thoracis uſurpatur.

TRE-

T.

# TREMORI.

*TREMOR*, das Zittern der Glieder/eſt motus voluntarius depravatus, quo membrum viciſſim elevatur & deprimitur, ex mutua facultatis & gravitatis membri contentione.

Aqua Arthritica: *tremulis auxilio eſt.*

Oleum de Caſtoreo & Liliorum convallium: *ad tremorem commendantur.*

Nardinum utrumque: *tremulis ſummum eſt remedium.*

de Piperibus: *ad tremorem utiliſſimè adhibetur.*

Syrupus florum Paralyſeos: *datur tremulis.*

## Tela & Oſſa educent.

Ceratum Diadictamnum Galeni: *telas, aculeos & oſſa ex capite educit.*

Emplaſtrum Apoſtolorum: *Epiſpaſticum meritò dicendum: nam calamos, ſurculos & ſpicula corpori altùm infixa extrahit.*

Opodeltoch: *ſpicula, tela, cuſpides, dummodò oſſibus fixi non hæreant, itemq́ crines, paleas, ac reſegmina, aut quæ vulneri inciderint, extrahit.*

Sticticum Crollij: *ferrum, lignum, plumbum, aliáque profundiùs membris infixa extrahit.*

Oleum è vitellis Ovorum: *in membranis cerebri partes contuſas à ſanis mirum in modum ſeparat.*

## Tumoribus & Furunculis conferunt.

Ceratum Oeſipi Meſuæ: *duros tumores emollit, concoquit, ac digerit.*

de Gratia Dei: *furunculos mitigat, præſertim ſi ex vino rubro conficiatur.*

Emplaſtrum Apoſtolorum: *ad tumores viſcerum perutile exiſtit.*

Diachylon ſimplex: *viſcerum collectiones & furunculi reliquias diſſipat, ac emollit.*

Nervinum Vigonis: *emollit, digerit, & reſolvit.*

Oleum Maſtichinum: *tumores duros lenit.*

Nu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0250-3

Nucum Juglandium : *tumores diſcutit.*

Trochiſci Cypheos Damocratis : *dantur ijs, qui viſcus habent exulceratum.*

Vnguentum Aregon : *valet ad partium tumores laxos ſeu œdemata.*

Martiaton Nicolai : *tumores & durities emollit.*

*FVRVNCVLVS*, germanis Blut-Geſchwer/ Blut-Aiß / eſt tuberculum acutum cum inflammatione & dolore maximèque ubi jam in pus vertitur.

## Tuſſi antiquæ & diuturnæ opem ferunt.

Confectio Archigenis : *efficax eſt ad tuſſim diuturnam ex materia corrupta & ſanioſa, vel ab ulcere.*

Lohoch de Pino & è Scilla compoſitum Meſuæ : *diuturnæ tuſſi ſuccurrunt, ac ſenum tuſſim anhelam levant.*

Pilulæ de Agarico : *antiquæ tuſſi à craſſis & pituitoſis humoribus ortæ auxiliantur.*

Species Dianiſu : *diuturnæ tuſſi medentur à tenacibus humoribus natæ.*

Syrupus de Calamintha Meſuæ : *tuſsi antiqua convenit.*

de Glycyrrhiza : *diuturna itémque ſiccæ tuſſi opem fert, aperit, dilatat & tergit &c.*

Trochiſci Alhandali : *in diuturna tuſſi uſurpantur humores craſſos & glutinoſos evacuando.*

## Tuſſi à cauſa calida medelam afferunt.

Diacodion ſimplex : *tuſſim ſedat à calidis defluxionibus.*

Lohoch Paſſulatum : *frequenti uſui eſt noſtris ad tuſſim maximè in puerulis.*

Mel Paſſulatum : *tuſſim mitigat.*

Pilulæ de Cynogloſſo : *tuſsim ſedant ex materia tenui.*

Species de Gemmis frigidæ : *tuſſiculoſis auxiliantur.*

Diatragacanthi frigidæ : *tuſsiculoſis ab intemperie calida opem ferunt.*

Syrupus de Farfara & Granatorum dulcium : *tuſsim à cauſa calida ſedant.*

de Jujubis : *Violato viribus affinis eſt, ſed minùs refrigerat.*

Myr-

Myrtinus compoſitus : *efficax eſt in calida tuſsi.*

de Papavere uterque : *tuſsim pellit refrigerando, humectando & ſomnum inducendo.*

Siliquis : *eo utimur in continenti tuſsi.*

Violarum omnes : *tuſsi ſiccæ & calidæ medentur.*

Trochiſci Bechici nigri : *tuſſi ſiccæ à materia acri & calida profectæ conferunt.*

## Tuſſim mitigant â cauſa frigida.

Aurea Alexandrina : *tuſſiculoſis præſenti eſt auxilio.*

Confectio pectoralis : *uſitatum medicamentum* (vulgò Bruſt-Zucker /) *ad tuſſim exiſtit.*

Eſſentia Saccharina Beguini : *tuſſi à materia lenta & craſſa laborantibus certo experimento opitulatur.*

Lohoch Sanum & Expertum : *tuſſi â frigiditate natæ auxilio eſt.*

Oleum Irinum, ex Piſtachijs & Pineis: *tuſſim compeſcunt.*

Philonium Meſuæ : *tuſſim ſedat cum aqua mellis.*

Romanum : *tuſſes intenſiſſimas ſuffocationis periculum minantes ex cordis, aut pulmonis incendio ſedat.*

Species Diacalaminthes Galeni : *tuſſim in ſenibus à frigido excitatam juvant.*

Diaireos Salomonis: *tuſſiculoſis auxilio ſunt.*

Diamargariton calidæ, Diapenidion & Diapraſiu : *tuſſientibus conferunt.*

Diathamaron & Diatragacanthi calidæ : *ægrè tuſſientes ſublevant.*

Syrupus de Hyſſopo : *tuſſiculoſis ſuccurrit ex frigida, craſſa & lenta materia natis.*

de Praſio : *ad tußim anhelam, ſenibus & frigidis naturis familiarem ex craſſa, frigida, viſcida & lenta materia perquàm ſalutaris.*

Scabioſa : *anhelam quoque ſenum tuſſim ſublevat.*

Trochiſci Bechici albi : *tuſſientibus opem ferunt.*

Vn-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0254-5

Vnguentum pectorale : *tuſſim ſedat & excreationem promovet.*

## V.

## VARIOLIS & MORBILLIS.

*VARIOLÆ*, die Kinds-Blattern / ſunt puſtulæ majores Varis perſimiles ad ſuppurationem pervenientes,

*MORBILLI* verò die Flecken / ſunt puſtulæ perexiguæ & veluti cutis aſperitates cum intenſa rubedine inſtar Eryſipelatum, quæ intra quinque vel ſeptem dies ſine ſuppuratione diſcutiuntur.

Chyloſtagma Diaphoreticum ſeu Aqua Theriacalis Bezoardica D. D. Raymundi Mindereri : *variolas & morbillos excludit, imò etiam maculas pulicares ſeu petechias. Datur ejus portio cum ſyrupo acredinis Citri, aut Limonum, vel in petechijs cum ſucco Acetoſellæ additis ſpeciebus Liberantis, aut cordiali aliquâ alia Antidoto.*

Pulvis Rubeus Pannonicus : *datur pueris & infantibus, ubi variolarum, aut mor-*

*billorum ſuſpicio adeſt, eos námque efficaciter expellit: præbetur cum ſyrupo Limonum, vel aquâ Cardui, Acetoſæ, vel Boraginis.*

Rubeus Pannonicus alter: *valentiores vires obtinet, quas prior, ſed propter alia ingredientia minùs gratus.*

## Vaſis ruptis auxiliantur.

Lohoch de Portulaca: *ruptis opitulatur pulmonibus.*

Syrupus de ſucco Hederæ terreſtris: *vaſa rupta glutinat.*

de ſucco Plantaginis: *utiliter internis vaſorum diſruptionibus adhibetur.*

Scordio ſimplex & Rob Veronicæ: *utiliter adhibentur ijs, qui interni vaſis rupturam patiuntur, vaſa enim rupta glutinant.*

## Venenis adverſantur.

Antidotus Matthioli: *facit adverſus pleraque venena, quæ per os ſumuntur.*

Confectio Archigenis & Electuarium de Ovo: *venenis reſiſtunt & à venenis deleterijs præſervant.* Em-

Empla*ſ*trum Magneticum Angeli Salæ: *venenum ad ſe rapit & certiſsimum præſidium eſt, ne venenum retrò intra corpus ſecedat.*

Veſicatorium: *venenum à corde ad exteriora revocat.*

Hiera Logadij: *ijs, qui venena lethalia hauſerunt, utilis eſt.*

Oleum Irinum: *datur ijs, qui Cicutam, Coriandrum, aut Fungorum venenum hauſerunt, præſentiſsimo alexipharmaco.*

Philoſophorum: *venenis potenter reſiſtit & noxas ab Opio, aut Hyoſciamo propellit.*

Pulvis Saxonicus: *venenis aſſumptis egregiè medetur.*

Rob Iuniperi: *venena pellit.*

Spiritus Diatrion: *ad venenum diſcutiendum efficax exiſtit.*

Syrupus Acetoſitatis Citri & de Agreſta: *venenis adverſantur.*

Roſatus ſolutivus ſimplex: *venenis & aëris vitio, ſubamara & aromatica ſua qualitate reſiſtit.*

de Scordio ſimplex: *venenis reluctatur.*

Trochiſci de Agarico & Theriaca communis: *venenis reſiſtunt.*

## Venenatis Morbis opitulantur.

Acetum Theriacale: *venenatis morbis auxiliatur.*

Aqua Bardanæ: *venenatorum humorum malitiam temperat.*

Chyloſtagma Diaphoreticum: *omnem materiam venenatam à centro ad circumferentiam corporis expellit.*

Stapediana prima & ſecunda: *venenatam materiam omnem diſyciunt.*

Electuarium Papæ: *venenatam materiam ſudore excludit.*

de Ovo: *venenatos ichores à centro ad circumferentiam eximiè propellit.*

Emplaſtrum Apoſtolorum: *omnia venenata extrahit.*

Pulvis Rubeus Pannonicus uterque: *adverſus venenatorum morborum invaſiones maximè potens eſt.*

Rob Cydoniorum: *venenatis morbis adverſatur.*

Sy-

Syrupus de corticibus Citri : *venenatis morbis reſiſtit.*

Vnguentum Ægyptiacum compoſitum magiſtrale : *venenatos vapores, partibus nobilioribus infeſtos fortiter diſcutit, atque emendat.*

## Venenatis Morſibus ſubveniunt.

Antidotus Matthioli ; *facit ad venena, quæ morſu vel ictu relinquuntur.*

Aqua Illius Antidotalis Alexipharmaca: *magnarum virium hæc Aqua à drachmis tribus ad quatuor cum pari vini odoriferi, aut aceti, vel aquæ cujusvis quantitate ictis vel demorſis à quocunque venenato animali etiam deſperatis propinata, ſalutem reſtituit.*

Ceratum Diadictamnum ſeu Sacrum Galeni : *ad cujuslibet virulentæ beſtiæ ictus efficax exiſtit.*

Emplaſtrum Apoſtolorum : *impoſitum morſibus venenatis, aut rabidorum animalium medetur,*

Mithridatium Damocratis: *valet ad ictus*

*et*

*& morſus venenatos, morſúmque canis rabidi ſive ſumpta ſive admota.*

Oleum è Lateribus : *Scorpionis morſum propellit.*

Sampſuchinum : *Scorpionum morſibus medetur.*

Scorpionum magnum Matthioli : *Viperarum, Aſpidum, ac venenatorum animalium morſibus auxilio eſt.*

Scorpionum ſimplex Meſuæ : *venenatis ictibus præcipuè à Scorpio inflictis reſiſtit.*

Theriaca Andromachi : *ex ferarum ictu illatum venenum exhaurit.*

Diateſſaron Meſuæ : *ad venenatos morſus & potus efficax.*

Trochiſci de Vipera : *Viperarum morſibus conveniunt.*

Vnguentum Apoſtolicon : *contra ferarum morſus valdè proficuum.*

## Venerem excitant & Semen augent.

Diaſatyrium : *ſemen auget & deſuetam Venerem concitat.*

Ele-

Electuarium Magnanimitatis : *excellens remedium contra impotentes.*

Oleum Amygdalarum dulcium : *ſemen genitale promovet.*

Nucis Moſchatæ : *illitum veneris tentiginem excitat,*

ex Piſtachijs, Pineis & Seſaminum : *vires habent ſemen genitale augendi.*

Species Diathamaron : *renum impotentiæ ſuccurrunt.*

## Ventris Inflationes tollunt.

Balſamum Embryonum : *ventris inflationes mulierum perſanat.*

Electuarium Diaphœnicon Meſuæ : *ventris inflationes tollit.*

Mithridatium Damocratis : *ventris inflationibus medetur.*

Pilulæ Aureæ : *ad inflatos valdè probantur.*

Pulvis ſolutivus de Tribus : *ventris inflationibus confert.*

Species Diapraſiu : *ventris inflationes & torſiones ſedant.*

Syrupus compoſitus Bizantinus : *ventris inflationem removet.*

Ven-

## Ventris dolores placant.

Confectio Anacardina : *valet ad affectus ventris totius inferioris frigidos.*

Philonium Meſuæ : *mirum in modum mitigat dolores totius ventris.*

Romanum ; *ventris dolores ſedat ab intemperie frigida vel flatibus craſsis ſuborta.*

Theriaca communis ſeu Auguſtana : *inflatos ex ventre dolentes adjuvat.*

Trochiſci de Rhabarbaro : *doloribus ventris inferioris medentur.*

Vnguentum Agrippæ & Aregon : *ad ventrum dolores utilia exiſtunt.*

## Ventris Profluvio conducunt.

Confectio Archigenis : *fluxui ventris medetur.*

Emplaſtrum Diaphoenicon frigidum : *ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa ſuſcipiat, roborat.*

Oleum Cydoniorum : *ventri defluxionibus infeſtato confert.*

Rob de Berberis utrumque : *ventris profluvia à bile ſiſtunt.*

de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0262-9 DFG

de Cornis: *in fluxionibus ventris adhibetur.*

Syrupus de Berberis: *bilioſis ventris profluvijs ſalutaris.*

Myrtinus compoſitus: *ventris profluvium tranquillat.*

## Ventris Torminibus præſidio ſunt.

Oleum Anagallidis: *præſentaneum eſt remedium, varijs puerorum doloribus in infimo ventre exſuſcitatis à flatibus, ſabuloſis, bilioſis & pituitoſis contentis, ſive Enematibus admiſtum inyciatur, ſive exterius applicetur.*

Cheyrinum: *ventris torminibus modicè ſuccurrit.*

Liliorum convallium: *puerulorum tormina mitigat.*

## Ventriculi Imbecillitatem corrigunt & roborant.

Acetum Scilliticum: *ſumpto hoc aceto os ventriculi benè valebit.*

Aqua Stomachica: *vitia concoctionum in-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0263-5

*in ſtomacho emendat & ejuſdem imbecillitatem corrigit.*

Ceratum Stomachale Galeni : *ventriculum infirmum roborat.*

Confectio poſt Paſtum : *tardam infirmámque ventriculi coctionem promovet.*

Electuarium Vitæ Arnoldi de Villa nova: *ventriculum roborat.*

Elixir Proprietatis Paracelſi : *adverſus ventriculi cruditates valdè efficax.*

Eſſentia Saccharina Beguini : *ventriculi coctionem promovet.*

Morſelli Imperatoris : *ad ſtomachi ſegniter cibum concoquentis vires augendas & ad robur ventriculo conciliandum comparantur.*

Oleum Cydoniorum : *ad ventriculi imbecillitates utile.*

Nardinum utrumque : *ventriculum firmat & coctionem procurat.*

Nucis Moſchatæ expreſſæ: *Ori ventriculi inunctum mirè eum roborat.*

ex Piſtachijs & Pineis : *ſunt duo olea ventriculo non ingrata.*

Pi-

Pilulæ Aggregativæ minores & Alephanginæ : *ſtomachi robur augent & coctionem promovent.*

de Aloë & Maſtiche : *nutritionis partibus robur præſtant.*

de Aloe roſata : *minus quidem purgant, magis tamen roborant.*

ſine Cura Weberi : *easdem fere vires obtinent, quas Alephanginæ.*

Imperiales : *parum admodum purgant, ſed plurimum roborant.*

Stomachicæ Alkindi & Extractum Aloës : *ventriculum firmant, roborant & coctionem juvant.*

Potus Hippocraticus & Species Aromaticæ Caryophyllatæ : *ventriculum confortant & infirmæ coctioni open ferunt.*

Rob Prunorum ſilveſtrium : *retentricem facultatem ventriculi confirmat.*

Species Aromaticæ Roſatæ & Caryophyllatæ : *ſtomachicis mirum in modum ſuccurrunt imbecillē ventriculum firmando.*

Diacalaminthes Meſuæ & Diacinnamomu:

momu : *concoctionum & alimenti in corpus diſtributionem promovent.*

Diamargariton calidæ : *ventriculi faſtidia tollunt, ejúsque coctionem juvant.*

Species Diamoſchu dulces & Lætificantes Rhaſis : *ſtomachicis eximiè ſuccurrunt.*

Pleres Archonticon : *imbecillo ventriculo, qui ex diuturno morbo penitùs extenuatus eſt, plurimámque inde debillitatem contraxit admodum corroborant.*

Roſatæ novellæ : *ad ventriculi imbetillitatem efficaces & his præſertim, qui diuturno morbo conflictantur, ex uſu ſunt.*

Syrupus è corticibus Citri : *eo ſæpè utimur in compoſitionum vel Ecclegmatum mixturis ad ventriculum roborandum.*

Cydoniorum : *languidas & reſolutas ventriculi vires recreat.*

de Eupatorio : *robur ventriculi ſuſcitat & vires concoctrices labefactas confortat.*

Fumaria uterque, & de Pomis ſimplex : *ventriculum obfirmant.*

de

de Stœchade ſimplex & Mel roſatum ſimplex: *ventriculum roborant.*

Theriaca Andromachi, Diateſſaron & Auguſtana: *ventriculi coctionem difficilem & illius imbecillitatem emendant.*

Trochiſci de Aniſo & Gallia Moſchata: *ventriculo debili auxiliantur.*

Aliptæ Moſchatæ: *ventriculum imbecillem ac laxum roborant, præſertim in puerulis & infantibus.*

Ramich: *ventriculi imbecillitates firmant.*

Tryphera minor & Saracenica: *ventriculum roborant ſuo calore coctionem juvando.*

## Ventriculi Imbecillitati ſuccurrunt à cauſa frigida.

Aqua Antidotalis Alexipharmaca: *pollet multis viribus in depulſione affectuum ventriculi à frigiditate ortum ducentium.*

Confectio Zingiberis: *frigidis ventriculi noxis ſuccurrit, ejúsque coctionem languidam reparat.*

Emplaſtrum Diaphœnicon calidum : *ventriculum firmat.*

Mel Anthoſatum & Menthæ : *ventriculum frigidum fovent & illius vires augent.*

Roſatum Citratum : *affectibus ventriculi frigidis eximiè ſuccurrit.*

Miva Cydoniorum aromatica : *omnem ventriculi vim frigore ſopitam exuſcitat, ac ſtomachi exolutiones avertit.*

Oleum Abſynthij : *frigidis ventriculi affectibus mirè conducit.*

Menthæ : *ventriculo imbecillo & refrigerato adhibetur, eum námque calefacit & roborat.*

Moſchelinum : *frigidis affectibus eſt præſtantiſſimum ventriculo præſertim debili, quem roborat & calefacit.*

de Piperibus : *ventriculum imbecillum non temerè firmat.*

Stomachale Cratonis: *mirè conducit in ventriculi infirmitatibus, maximè verò frigidis.*

Pilulæ Imperiales : *ventriculum refrigeratum calefaciunt & conſervant.*

Spe-

Species Diacuminu : *ventriculi imbecillitati à cauſa frigida natæ opitulantur.*

Diahyſſopu : *omnia ſtomachi vitia emendant frigida, rariſſimè tamen in uſum veniunt.*

Diamargariton calidæ : *privatim imbecillitati ſtomachi & cruditati ejuſdem medentur.*

Diapipereon Galeni & Meſuæ : *ſtomachi refrigerationes diſcutiunt.*

Diaxyloaloes : *ventriculi malis frigidis, concoctioníque auxiliantur.*

Diazingiber Nicolai : *ventriculum frigidum roborant.*

de Gemmis calidæ : *ad affectus frigidos ventriculi efficaciſſimæ.*

Imperatoris : *potiſsimùm induntur Tragematibus, ventriculum enim frigidum & flatuoſum confortant.*

Roſatæ novellæ : *relaxatas ventriculi vires reſtaurant, ac prolixa ægritudine extenuatis plurimùm reficiunt.*

Syrupus de Abſynthio : *ventriculi imbecillitati præſertim à cauſa frigida ſuccurrit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0269-2

Corticum Arantiorum : *ventriculum frigidum roborat & fulcit, concoctionémque adjuvat.*

de Cinnamomo : *ventriculum à frigore languidum reficit.*

Tragæa Groſſa : *manduntur præſertim manè ad ventriculum roborandum, ejúsque inediam tollendam.*

## Ventriculum firmant ab Intemperie & cauſa calida.

Emplaſtrum Diaphœnicon frigidum & Ceratum Santalinum : *ventriculum firmant, illiúsque intemperiem calidam emendant.*

Oleum Myrtillorum : *ventriculum adſtrictione roborat.*

Roſatum vulgare : *ventriculum æſtuantem reſtringit.*

Syrupus Acetoſitatis Citri : *ventriculum imbecillum ab intemperie calida firmat.*

de Agreſta : *ventriculum ſtabilit, eúmque ab excrementis ſecurum præſtat.*

Endivia compoſitus : *præpotens eſt in ventriculi intemperie calidâ.*

Li-

Limonibus: *ſtomachum reficit, ejusdémque vires tuetur.*

de Portulaca: *ventriculi calidam intemperiem moderatur.*

Roſatus ſolutivus ſimplex: *in uſu creberrimus eſt ad ventriculi incendium.*

Trochiſci de Camphora & de Santalis: *ad ventriculi intemperiem calidam utiliter adhibentur.*

de Spodio cum ſemine Acetoſæ: *inflammationem ventriculi ſedant.*

Tryphera Perſica: *valet ad hujus visceris intemperiem calidam emendandam.*

Vnguentum roſatum Meſuæ: *ventriculi intemperiem calidam mitigat.*

## Ventriculi Intemperiem frigidam & humidam emendant, illiúsque affectibus pituitoſis ſuccurrunt.

Acorus conditus: *ventriculum frigidum & humidum confortat.*

Miva Cydoniorum aromatica: *ventriculum humidum & frigidum à pituitoſis humoribus laxum conſtringit.*

Oleum Laurinum : *intemperiem ventriculi ſolam & cum pituita ſanat.*

Oxymel Scilliticum : *ad ventriculi affectus pituitoſos pollet.*

Pilulæ Hieræ cum Agarico : *ventriculi vitiis à craſſis & pituitoſis humoribus ſubveniunt.*

Hieræ Picræ Galeni : *ventriculi noxis ex pituitoſis humoribus natis proſunt.*

Maſtichinæ : *ventriculum ab omni frigido morbo præſervant.*

Species Diagalangæ : *ventriculi intemperiem frigidam ſanant.*

Dianiſu & Diacurcumæ : *frigidam & humidam ſtomachi intemperiem emendant.*

Diarhodon Abbatis : *ventriculum humidum deſiccant.*

Diaſpoliticon Galeni : *ventriculo infarctam pituitam efficaciter detergunt.*

Lætificantes Galeni : *ventriculi intemperiem frigidam & humidam corrigunt.*

Syrupus de Mentha uterque : *commendatur in intemperie ventriculi frigida.*

Trochiſci Aliptæ Moſchatæ : *faciunt ad*

*ven-*

*ventriculum humidum puerorum & infantium.*

## Ventriculi dolorem demulcent.

Electuarium Diaphœnicon Meſuæ: *ventriculi doloribus & id genus vitijs ex crudis humoribus ortis confert.*

Emplaſtrum è Baccis Lauri & Ceratum Stomachale Galeni: *ventriculi dolorem à flatibus & cauſæ frigidæ leniunt.*

Infuſum Hieræ: *ventriculi doloribus aſſiduis confert.*

Oleum Liliorum alborum utrumque: *dolores ventriculi à frigore ſedat.*

Maſtichinum: *ad ſtomachicos cruciatus utile.*

Stomachale Cratonis: *hoc oleum mirificè prædicat Crato in doloribus ventriculi frigidis.*

Philonium Meſuæ: *mirum in modum mitigat dolores ventriculi.*

Majus & Tarſenſe: *ſunt expertiſſima ad ſedandos vehementes & lethales ventriculi dolores.*

Pilulæ Alephanginæ & Fœtidæ majores:

*dolores à craſſis & putribus humoribus natos tollunt.*

Maſtichinæ : *ventriculi dolorem à cauſa frigida ortum auferunt.*

Pulvis Stomachicus D.D. Birckmanni : *pulvis hic conducit ad dolores ſtomachi varios.*

Species Diapraſiu : *ventriculi dolorem à cauſa frigida ſedant.*

Theriaca communis : *ex ſtomacho dolentes adjuvat.*

Trochiſci de Abſynthio : *dolores ventriculi levant.*

Vnguentum Aregon : *facit ad omnem ſtomachi dolorem.*

Martiaton : *valet ad ventriculi dolores à frigore natos.*

## Ventriculum expurgant.

Electuarium Hieræ compoſitæ : *ventriculo benefacit à magno pituitæ lentore præſertim in Clyſteribus.*

Hieræ Picræ Galeni : *maximè prodeſt vitioſis ſuccis, qui in ventriculi tunicis hærent.*

In-

Indum Majus : *putridorum humorum maximè verò pituitoſorum excrementa à ventriculo educit.*

Vitæ Arnoldi de Villa nova : *ſuperfluitates humorum ex nutrimento præterito remanentes purgat.*

Extractum ſeu Balſamum Aloës : *ventriculum mundat.*

Agarici : *pituitam lentam & craſſam ex ventriculo maximè purgat.*

Cnicopharmacum : *noxios ſuccos blandè ac ſine moleſtia educit vel per ſe in Pilulas vel Boli ſpecie exhibitum.*

Infuſum Hieræ Meſuæ : *ventriculum expurgat.*

Pilulæ Aggregativæ majores & minores : *bilem & pituitam à ventriculo expurgant.*

Alephanginæ ſeu Aromaticæ : *ventriculum ab humoribus craſſis & putribus atque pituitoſis mundificant.*

de Aloë lota : *ventriculum à putridis humoribus expurgant.*

Aloë & Maſtiche : *ventriculum ſine moleſtia expurgant.*

Aſ-

Aſſajeret & Stomachicæ: *humores modeſtè purgant, eos præſertim, qui ventriculo inſident.*

ſine Cura Weberi: *dictarum pilularum Alephanginarum vires æmulantur.*

Pulpa Caſſiæ: *ventriculum, bilem & pituitam educendo mundificat.*

Pulvis ſolutivus de Tribus: *crudorum humorum & frigidorum maximè collectionem è ventriculo ejicit.*

Sal Vitrioli vomitorium Angeli Salæ: *ad corruptos humores ipſis ventriculi tunicis impactos per vomitum educendos egregiè valet.*

Spiritus Diapente: *humores ventriculi vitioſos educit, ſiccat & mundificat.*

Syrupus Acetoſus compoſitus, de duabus & quinque Radicibus: *ventriculum bile & pituita refertum allevant.*

Trochiſci de Agarico: *ſtomachum mundificant.*

Tryphera Saracenica: *humores in ventriculo putres abſumit.*

Ven-

## Ventriculi Duritiem diſſipant.

Emplaſtra Diachyla omnia : *Scirrhos ventriculi diſſipant, ac emolliunt*

de Meliloto : *malacticum celebre eſt ad duritiem ventriculi emolliendam.*

## Vermes & Lumbricos necant.

Confectio adverſus Lumbricos ſolutiva: *vermes & animalia ex humorum corruptione in inteſtinis nata enecat & ejicit, datur puerulis , quos lumbricorum frequens morſus infeſtat , aut eorundem roſio vellicat.*

ad Vermes : *vermes & interaneorum animalia expellit & enecat , ac ea gigni prohibet.*

Extractum Agarici : *vermes enecat & expellit.*

Ellebori nigri: *vermes necat & animalia in ventre nata propellit.*

Oleum Abſynthij , Cheyrinum & Laurinum : *lumbricos necant & interimunt.*

Amygdalarum amararum & Nucleorum perſicorum : *amarore ſuo vermes necant.*

è gra-

è Granis Citri : *illitum aut potum lumbricos interimit.*

Roſatum vulgare : *lumbricos & Aſcarides potum deturbat.*

Oxymel Elleboratum Juliani : *lumbricos pellit.*

Pulvis ad Vermes ſeu Lumbricos : *vermes & lumbricos enecat atque expellit.*

Species Diaturbit cum Rhabarbaro : *ad vermes eſt efficaciſſimum medicamentum & valdè idoneum : nam Rheum vermes maximè enecat & turbit pituitam ipſam vermium verum fomitem ejicit.*

Syrupus de ſucco Cardui Benedicti, florum Hyperici & de Limonibus : *lumbricos enecant.*

de Portulaca : *eo utimur efficaciter ad lumbricos & interaneorum animalia expellenda cortice Citri indito.*

Scordio ſimplex & florum Perſicorum : *lumbricos enecant.*

Theriaca Andromachi : *lumbricorum omne genus mirabiliter exigit cum ſucco Menthæ data.*

Trochiſci de Agarico Meſuæ : *vermes necat & expellit.*

Vn-

Vnguentum ad Vermes: *umbilico ſuperpoſitum ac ventri inunctum vermes enecat & expellit.*

*ASCARIDES*, kleine Würm / wie in ſtinckenden / faulen Käß / ſunt tenues & minuti lumbrici, qui maxima in parte inferiore craſſi inteſtini gignuntur & plurimi apparent in jumentis cibum malè coquentibus, quorum malam coctionem fœtor excrementorum indicat.

# VERTIGINI.

*VERTIGO*, der Schwindel / eſt falſa imaginatio, in qua omnia objecta & caput ipſum rotari ac circumagi videntur, ut æger ſæpè in terram decidat, niſi propinguis adminiculis innitatur.

Aqua Epileptica Langij: *hæc aqua præſtantiſſima eſt ad Vertiginem ſive illa ſumatur aut exteriùs admoveatur.*

Hirundinum uſitata: *adverſus Vertiginem valdè efficax.*

Aurea Alexandrina: *Vertiginoſis auxilo (eſt.*

Electuarium Hieræ Pachij & Hieræ Logadij: *Vertigine laborantibus auxilio ſunt.*

de

de Pſyllio & Roſatum Meſuæ : *Vertigini à bilioſorum humorum evaporationibus procreatæ ſuccurrunt.*

Extractum Diapœonias Mindereri : *Vertigini ex utero medetur.*

Pilulæ Arabicæ & de Nitro Alexandri Tralliani : *vertiginoſos juvant.*

Pomum Ambræ : *odoris ſuavitate & fragrantiâ vertiginoſos juvat.*

Species contra Apoplexiam & Diamoſchu dulces : *Vertiginem auferunt.*

Spiritus Euphraſiæ Mindereri : *in Scotomia & Vertigine optimè proficiens.*

Theriaca Andromachi : *Nucis Ponticæ magnitudine cum vino data vertigines ſanat.*

Trochiſci de Agarico Meſuæ : *Vertiginem abolent.*

Alhandali : *à pituita craſſa & glutinoſa in Vertigine uſurpantur.*

*SCOTOMA*, ſeu *VERTIGO TENEBRICOSA*, **der nebliſche Schwindel vor den Augen /** in qua oculis quaſi fumus aut nubecula quædam offunditur.

Ve-

## Veſicæ Erroribus & Affectibus frigidis medentur.

Confectio Archigenis : *veſicæ vitijs medetur.*

Diaſatyrium Nicolai : *contra imbecillitatem veſicæ valet.*

Emplaſtrum de baccis Lauri : *veſicæ dolorem à flatibus aut frigida intemperie ortum ſanat.*

Ceroneum : *veſicæ frigus vi ſuâ calefaciente diſſipat.*

Oleum de Enula : *affectibus veſicæ frigidis prodeſt.*

Liliorum alborum utrumque : *dolores veſicæ à frigore ſedat.*

Nardinum utrumque : *injectum veſicæ dolori opitulatur.*

de Piperibus, Rutæ & ex Styrace : *conferunt dolenti ex frigore veſicæ.*

Species Diacurcumæ : *frigidis affectibus veſicæ medentur.*

Dialaccæ majores : *veſicæ durities diſſipant.*

Tinctura Hyperici : *morbis veſicæ opem fert.*

## Veſicæ Vlceribus proſunt.

Syrupus de Jujubis : *eum Manardus ad veſicæ ulcera celebrat, ad quæ lentore dulci, frigido & mucoſo ideóque leniente opus eſt.*

Theriaca Andromachi : *in veſica ex ulcerationes interdum ſanat cum decocto chamæmeli febre carentibus data.*

Trochiſci Alkekengi : *ad veſicæ exulcerationem feliciter exhibentur, ulcera detergent, glutinant & cicatrice tegunt.*

de Gordonio : *ac ſi exulceratio in veſica extiterit, lacte diſtemperati per ſyringam injiciuntur.*

## Viſcerum Imbecillitatē tollunt.

Mel Anthoſatum & Miva Cydoniorum ſimplex : *viſcera fovent, firmant & roborant.*

Pilulæ Angelicæ ſeu de Aloë & Rhabarbaro : *virtus harum pilularum admiranda & nunquàm ſatis laudanda exiſtit, quoniam ad omnium viſcerum nobiliorum corroborationem commendantur.*

Spe-

Species Aromaticæ, Caryophyllatæ & Roſatæ: *nutritionis membra roborant.*

Diambræ: *viſcera omnia calefaciunt & confortant.*

Syrupus Cydoniorum: *viſcerum omnium vires inſtaurat.*

de Cichorio cum Rhabarbaro: *viſcerum impuritatem ſolvit nutritionis inſtrumenta firmando.*

## Viſcerum Imbecillitatem ab intemperie & cauſa calida firmant.

Oleum Myrtillorum & Nardinum utrumque: *viſcerum phlegmoni illiniuntur & illorum laxitatem corrigunt.*

Oxyſaccharum utrumque: *viſcerum inflammationi mitigandæ conducit.*

Rob de Ribes utrumque: *ad viſcera fervoris intemperie diſſoluta recreanda & confirmanda proficuum.*

Species Diatrion Santalon: *viſcerum ferroribus commodant.*

Syrupus Acetoſitatis Citri: *viſcera ab intemperie calida imbecilla firmat.*

de ſucco Acetoſæ: *viſcerum igneum calorem moderatur, ipſaque firmat.*

ſucco Acetoſellæ: *viſcerum inflammationibus confert.*

de Endivia ſimplex: *ad viſcerum omnium intemperiem calidam frequentis eſt uſus.*

Myrtinus compoſitus: *viſcera ab intemperie calida reſoluta confirmat.*

de Nymphæa & Violarum ſimplex: *viſcerũ inflammationes & æſtus mitigant.*

Roſatus ſolutivus ſimplex: *viſcera nimio calore diſſoluta refrigerando roborat & ad temperiem reducit.*

Violarum ſolutivus: *eaſdem vires obtinet, quas ſimplex.*

## Viſcerum Intemperiem & Imbecillitatem ex morbis frigidis tuentur.

Pilulæ Alephanginæ & ſine Cura Weberi: *nutritorias partes pleráſque à noxiorum humorum frigidorum præſertim accumulatione tuentur.*

de Aloë lota: *viſcera â putridis humoribus purgant.*

Imperiales: *omnia viſcera refrigerata calefaciunt ac conſervant.*

Maſtichinæ : *viſcera à noxijs ſuccis ſana præſtant.*

Syrupus de Abſynthio : *viſcerum imbecillitati etiam dolorifera præſertim à cauſa frigida ſuccurrit.*

de Calamintha : *intemperiei viſcerum frigidæ convenit.*

Theriaca Andromachi : *eſt veluti viſcerum bonum integumentum, quòd plurimùm ijs, qui eam ſumpſerunt, calorem exhibeat.*

## Viſus Vitia & Imbecillitatem auferunt.

Acetum Scilliticum : *ſumpto hoc aceto oculi acutiſſimè cernent.*

Oleum Philoſophorum : *ſuffuſiones oculorum delet.*

Pilulæ Arabicæ Nicolai : *viſum acuunt.*

Aureæ : *præcipuè oculorum aciem exacuunt.*

Lucis majores ſeu Opticæ : *excrementa pituitoſa ex oculis evacuant, viſum conſervant & firmant.*

Maſtichinæ : *oculos à noxijs ſuccis ſanos præſtant.*

de quinque generibus Myrobalanorum : *viſionem acuunt.*

de octo Rebus ſeu Octomeræ : *viſum acuunt & ſuffuſionem oculorum arcent.*

ſine quibus eſſe Nolo : *ſuffuſionibus, ac viſioni conferunt.*

Species Diapraſiu : *hebetudini oculorum conducunt*

Spiritus Euphraſiæ : *viſionem reparat, cum ſpiritus viſivos reficiat.*

Theriaca Andromachi & Mithridatium Damocratis : *hebetudines oculorum ſanant.*

Trochiſci de Vipera : *oculorum caliginem atq; obſcuritatem emendant, nec non viſum acuunt.*

*SVFFVSIO* ſeu *CATARACTA* Latinis, Græcis, *HYPOCHYMA*, Germanis, Fell der Augen/der Staar / eſt circa pupillam humoris aquei concretio; quæ ubi perfectè concreta fuerit, Viſum impedit & prorſus aufert.

## Vlceribus malignis & Cacoëthicis reſiſtunt.

Emplaſtrum de Minio : *ulcera antiqua & maligna potenter curat.*

Hiera Pachij : *Carcinomata & Cacoëthe perſanat.*

Oleum Seſaminum : *ulceribus, quæ ſerpunt, ac mali moris ſunt (Cacoëthe vocant) medetur.*

Pilulæ Aggregativæ minores : *ulcera maligna juvant.*

Vnguentum Ægyptiacum compoſitum magiſtrale : *ulceribus valdè putridis & ſinuoſis efficaciter reſiſtit.*

Rubrum ſeu de Minio Camphoratum: *ad exedentia ulcera, quæ humorum acrimoniâ ſerpunt, feliciſſimè adhibetur, eam námque ſuâ frigiditate obtundit.*

Roſatum Meſuæ : *uſu frequentiſſimum ad ulcera ſerpentia.*

de ſuccis Arantij : *ulceribus fœdis ac malignis mirificè confert.*

*CARCINOMA* eſt tumor durus, inæqualis, concolor, dolens : quem & â cancro animali *CARCINON* vocant, ut

plurimùm in mulierum mammis frequens eſt.

Ulcera generaliùs ſumpta, quæ omnibus ritè decentérque factis non ſanantur, medici *CACOETHE* id eſt maligna, contumacia rebelliáque indigitant.

## Vlceribus manantibus medentur.

Emplaſtrum Gryſeum de lapide Calaminari : *ulcera explet & ſiccat.*

Oleum Myrtillorum : *ulceribus manantibus aut nimio affluxu humentibus, cum ſquamâ æris & cera medetur.*

Vnguentum de Liquiritia : *manantibus ulceribus dolorificis â ſalſi ſeri acrimonia profectis eximiè confert.*

## Ad Vlcerum Intemperiem calidam commendantur.

Emplaſtrum Diachylon ſimplex : *inflammatione correpta curat.*

Vnguentum album ſive de Ceruſſa : *valet ad intemperiem præcipuè ulcerum calidam.*

Album

Album Camphoratum : *ad prædicta valentius eſt ob Camphoram.*

de Tutia : *in putridis ulceribus, ubi fervor aliquis eſt, ſumma fiduciâ uſurpari debet, quod nulli veterum compoſitioni cedit.*

## Vlcera difficilia, recentia & antiqua perſanant.

Ceratum de Ammoniaco D. D. Petri Foreſti : *ulcera detergit.*

Diachalciteos Galeni ſeu Diapalmæ : *valet ad ulcera diſepulotica.*

Diadictamnum ſeu Sacrum Galeni : *prodeſt ad ulcera vetera, quæ cicatricem non facilè admittunt.*

Diapipereos Galeni : *ſenum ulcera curat & eorum, qui habent cuticulam mollem, juvat.*

Iſis : *uſurpatur ad fæda ulcera & fiſtuloſos ſinus.*

Emplaſtrum album coctum & D. D. Vlmenſium : *exulcerationes cutis ſanant.*

Apoſtolorum : *uſurpatur ad vetuſta & diuturna ulcera.*

Citrinum vulgare: *ulceribus repurgandis confert, ſi in ſingulas libras Emplaſtri adjiciantur, Æruginis mundatæ drachmæ duæ, atque ſic Emplaſtrum viride effeceris, id quod communi uſu à plebeis expetitur.*

Diachylon ſimplex: *ſuperficialia ulcera glutinat ſolutum Roſaceo vel Myrtino.*

Sticticum Crollij: *antiqua ulcera ſiccat & mundificat.*

Tetrapharmacon Galeni: *ulceribus capitis & nervoſarum partium eſt aptiſſimum.*

Triapharmacon: *ulcera difficilia percurat Galenus in pueris, adoleſcentibus & mulieribus.*

Mithridatium Damocratis: *omnibus in profundo corporis exulcerationibus benefacit.*

Vnguentum Apoſtolicon: *ad ulcera difficilia ſordidaq́ʒ valet, cuniculoſos ſinus & fiſtulas emendat, purgat, exſiccat & detergit.*

de Lithargyro: *difficilia ulcera perſanat & cruenta glutinat.*

Nicotianæ ſeu Tabaci : *celebratur potiſſimùm in ulceribus tam recentibus quàm antiquis.*

## Vrinam movent.

Diaſatyrion Nicolai : *remorantem urinam propellit.*

Oxymel compoſitum : *urinas coctâ jam materiâ prolectat.*

Diureticum D. Ambroſij Jung Senioris : *potenter lotium exigit & impeditam urinam propellit.*

Philonium Meſuæ : *provocat urinam & facilitat mictum cum decocto ſaxifragiæ.*

Rob Juniperi, Species Diacalaminthes Meſuæ & Galeni : *urinas proliciunt.*

Species Dialaccæ majores & Diacurcumæ : *urinam promovent.*

Ducis : *urinam remorantem potenter propellunt.*

Spiritus Vitrioli : *per urinas operatur.*

Syrupus Acetoſus uterque & de Endivia compoſitus : *urinas promovent.*

de Fragis & Fumaria ſimplex : *urinas proliciunt.*

ſucco Hederæ terreſtris & florũ Hyperici : *urinas movent.*

Ne-

Nephrocatharticus : *in cienda remorante urina efficax exiſtit.*

de duabus & quinque Radicibus : *urinas promovent.*

Tinctura Coralliorum : *vaſis urinarijs proficuum medicamentum.*

Hyperici & Tartari : *urinam largiter movent.*

Trochiſci de Lacca & Electuarium Bartholomæi Montagnanæ : *urinas potenter promovent.*

## STRANGURIÆ & DYSVRIÆ.

*STRANGURIA* ſive *VRINÆ STILLICIDIUM*, Germanis die Harnwinde / kalte Seuch : eſt veſicæ affectus, quo urina non retinetur, ſed guttatim deſtillat.

*DYSURIA* ſive *VRINÆ ARDOR*, Brennen deß Harns / eſt dolorifica ſimul & languida urinæ excretio.

Aqua Nephritica D. D. Joan. Georgij Brenggeri: *difficultatem urinæ facilitat.*

Aurea Alexandrina : *Dyſuriæ & Stranguriæ præſenti auxilio eſt.*

Electuarium Diureticum B. Montagnanæ:

næ: *confert in urinæ retentione, Dyſuria & Stranguria.*

Juſtinum: *Stranguriæ & Dyſuriæ ſuccurrunt.*

Oleum Amygdalarum amararum: *urinæ anguſtijs pubi illitum & Stranguriosis infiſtulam urinariam immiſſum medetur.*

Moſchelinum Nicolai Alexandrini & Vnguentum Agrippæ: *ventri illitum Stranguriam ſedant.*

Philonium Romanum Nicolai, Myrepſi & Tarſenſe Galeni: *urinæ difficultatem liberant.*

Species Lithontribon: *urinæ difficultati opitulantur.*

Theriaca Andromachi & Mithridatium Damocratis: *difficilem mictionem veſicæ ſanant.*

Trochiſci Alkekengi ſeu de Halicacabo: *urinæ Tarditatem & Dyſuriam natam tollunt.*

Gordonij: *Stranguriam levant.*

## Vrinæ Ardorem compeſcunt.

Aqua Nephritica: *urinæ acrimoniam mitigat & mictionis varijs vitijs occurrit.*

Ole-

Oleum Amygdalarum dulcium : *urinæ ardores mitigat & lotij acrimoniâ laborantibus per Siphonem injectum tepidum mirèconfert.*

Nymphææ : *urinæ ardori commodum ſive injectum ſive illitum.*

Syrupus de Althæa Fernelij : *ardorem urinæ demulcet.*

Violarum compoſitus Meſuæ : *ad ardentem urinam commendatur.*

Trochiſci Alkekengi : *lotij acrimoniam mitigant, ejus ſtrigmenta mucoſa, aſpera & dolorifica complanant.*

## Vrinæ Incontinentiæ auxiliantur.

Syrupus Myrtinus compoſitus: *Diabetem reprimit.*

Trochiſci Gordonij : *Diabeti conferunt.*

*DIABETES, VRINÆ PROFLUVIUM, HYDROPS AD MATVLAM*, ſynonima ſunt, Germanis, ſwann man den Harn nicht behalten kan, & ſignificant celerrimam ac copioſiſſimam potus vix immutati per urinas emiſſionem, cum ſiti

ti intenſa ac indeſinente & totius corporis colliquatione.

## Vrinam cruentam cohibent.

Rob Cynosbati : *ad Hæmorrhagias veſicæ cohibendas auxilio eſt.*

Trochiſci Gordonij : *ſanguinis mictum inhibent.*

de Terra ſigillata : *ſanguinem undecunque manantem ſiſtunt.*

## Vrinæ Suppreſſioni medelam præſtant.

Aurea Alexandrina : *Iſchuriæ præſenti auxilio eſt.*

Vnguentum ad Verrucas : *utebatur hoc Vnguento feliciter Alphonſus Ferrius Neapolitanus in extirpandis carunculis ſeu verrucis in pene aut meatu urinario natis, urinæ non rarò ſuppreſſionem cauſantibus.*

*ISCHURIA LEGITIMA*, Germanis : wann ſich der Harn gäntzlich verhalt : eſt omnimoda urinæ ſuppreſſio licet veſica plena ſit.

Vte-

# Vteri Dolores mitigant & Affectibus illius frigidis conducunt.

Aqua Antidotalis alexipharmaca : *pollet multis viribus in depulſione affectuum uteri à frigiditate ortum ducentium.*

Ceratum Matricale vel de Galbano : *uterum frigidum calefacit, ejus flatulentiam diſſipat, eum elocatum reponit ac in propria ſede coërcet , doloréſque ejus frigidos placat.*

Electuarium Hieræ compoſitæ & Extractum Diapoeonias : *valent in affectibus uterinis, illiúſque intemperiem emendant.*

Emplaſtrum Apoſtolorum : *muliebribus malis peſſo ſuppoſitum confert.*

Ceroneum : *uteri vitijs à cauſa frigida procreatis prodeſt.*

è Baccis Lauri : *uteri dolorem à flatibus aut in temperie frigida ortum ſanat.*

Mel Anthoſatum: *uterinos dolores mitigat.*

Mithridatica Antidotus Damocratis : *omnia vitia uteri corrigit.*

Oleum Amyddalarum amararum : *uteri malis prodeſt infra ſuppoſitum.*

Amyg-

Amygdalarum dulcium : *uteri ardores mitigat injectum vel illitum.*

Anethinum: *uteri duritiem emollit.*

è Croco: *uterum roborat, ejúſque dolores ſedat.*

de Enula, Laurinum & Liliorum alborum utrumque: *affectibus uteri frigidis medentur.*

de Piperibus, Ruta & Styrace: *uteri affectus à frigore natos juvant, ejúsque duritiem emolliunt.*

Philonium Meſuæ: *mirum in modum mitigat uteri dolores.*

Romanum & Tarſenſe: *ad ſedandos vehementes & lethales uteri dolores ab intemperie frigida, aut flatibus craſſis excitatos efficaciter valent.*

Pilulæ de Caſtoreo : *uterinis doloribus conferunt flatus craſſos diſsipando.*

Pulvis Hyſtericus: *uterinos dolores placat.*

Rob Juniperinum : *uteri affectibus frigidis magnoperè conducit.*

Species Diambræ incompletæ : *affectibus uterinis ex frigida & humida intemperie natis proſunt.*

de Gemmis calidæ : *ad frigidos affectus uteri efficaciſſimæ.*

Syrupus de Artemiſia : *uteri affectibus potiſsimum prodeſt, cúmque elocatum priſtinæ ſedi reſtituit, flatus, frigidósque humores, quibus is plerumque infeſtatur, diſsipat, dolorésque ſupprimit.*

de Betonica uterque: *ad uteri vitia propulſanda efficax.*

de ſucco Meliſſophylli & Pœonia : *uterinis affectibus ſummoperè proſunt.*

Theriaca Communis ſeu Auguſtana : *utero dolentes adjuvat.*

Tryphera magna : *ad omnia vitia muliebria præſtans eſt.*

Vnguentum Aregon : *uterina muliebria mala ſanat.*

## Vterum purgant.

Extractum Agarici : *pituitam lentam & craſſam ab utero purgat.*

Pilulæ de Aloe lota : *uterum à putridis humoribus expurgant.*

Fœtidæ majores : *impurum uteri mucum emungunt.*

Maſtichinæ: *præcipuè uterum à putridis humeribus liberant & tuentur.*

Pulvis Hyſtericus: *uteri illuviē expurgat.*

Syrupus de ſucco Meliſſophylli: *uteri munditiem repurgat.*

de ſucco Mercurialis & Mel mercuriale: *ejus uſus ad Enemata comparatur, uterum impurum mundificat & conceptioni habilem efficit.*

Tinctura Coralliorum: *in utero repurgando proficuum medicamentum.*

Trochiſci de Agarico Meſuæ: *mulierum præſertim matrices repurgant.*

Vnguentum Comitiſſæ: *locos muliebres firmat & uterum roborat.*

## Vteri Hæmorrhagiam ſiſtunt.

Philonium Perſicum Meſuæ: *ejus uſus eſt ad Hæmorrhagiam uteri compeſcendam.*

Rob Cynosbati: *ad hæmorrhagias uteri cohibendas auxilio eſt.*

Syrupus Myrtinus compoſitus: *hæmorrhagiam omnem utpote uteri cohibet.*

de Roſis ſiccis: *uteri Rhevmatiſmum reſtringit.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0299-3

## Vulnera tam recentia, quàm antiqua curant.

Ceratum de Ammoniaco D. D. Foreſti: *vulnera conſolidat.*

Diadictamnum ſeu Sacrum Galeni: *prodeſt ad vulnera recentia.*

de Gratia Dei: *vulnera glutinat & ſordida repurgat.*

Emplaſtrum Apoſtolorum: *ad recentia vulnera valdè efficax.*

Baſilicon majus Meſuæ: *vulneribus recentibus remedio eſt, ea enim probè glutinat.*

Citrinum vulgare: *vulneribus recentibus medetur, ac ea cicatrice claudit.*

Diachylon ſimplex: *vulneratos muſculos citra alterius cataplaſmatis opem aut ſpongias aut irrigationes curat.*

de Minio Vigonis: *vulnera antiqua & maligna potenter curat.*

Nigrum: *perquàm efficax ad recentia vulnera & puncturas.*

Opodeltoch: *magna eſt efficacia ad vulnera recentia, ea enim protinus perſanat.*

Sti-

Sticticum Crolly: *recentia vulnera & ictus celeriter conſolidat.*

Tetrapharmacon Galeni: *recentibus capitis vulneribus eſt aptiſſimum.*

Oleum Hyperici: *vulneribus efficax eſt ita enim probè glutinat.*

Roſatum vulgare: *capitis & meningum cerebri vulneribus confert.*

Vnguentum de Althæa ſimplex & compoſitum: *vulnera claudunt.*

Apoſtolicon Avicennæ: *uſu frequens ad vulnera difficilia.*

Aureum Meſuæ: *vulnera tutò & ſalubriter glutinat præſertim in corporibus mollioribus.*

Fuſcum ſeu Nigrum: *vulnera repurgat.*

de Lithargyro: *vulneribus medetur, ſi Lithargyrus vino aut aceto teratur, vix aliâs vulnera ob humiditatem cicatrice claudentur.*

Nicotianæ ſeu de Tabaco: *celebratur potiſſimùm in vulneribus tam antiquis, quàm recentibus perſanandis.*

Coronidis loco addere lubuit in gratiam juniorum D. D. Doctorum praxin medicam exercentium Magni Hippocratis Coi, Divini ſanè & Venerandi Senis.

# IVSIVRANDVM.

JURAMENTO affirmo, teſte Apolline Medicorum Præſide & Æſculapio, Hygea ac Panacea, Deabus Dijsque omnibus, me quantum viribus & judicio aſſequi poſſum, inviolatum hoc Jusjurandum hancque ſtipulationem præſtaturum.

Sanctè itaque promitto, me loco parentum habiturum hunc, qui me hanc artem docuit, nutriciumque me ei præſtiturum & quibus eget benignè impertiturum. Et hanc artem ſi diſcere ejus poſteri voluerint, ſine mercede & absq; ſtipulatione me illos docturum.

Præceptorum & narrationum & reliquæ univerſæ artis benignè & fideliter participes facturum meos & præceptoris mei liberos, imò & reliquos, qui

ſcrip-

ſcripto ſtipulati fuêre, ac ex lege medica jusjurandum interpoſuêre: alium præter hos nullum. Cæterùm in tractandis ægris, diætâ, quantum viribus & ingenio aſſequar, ex ægrorum commodo utar: à veneno autem imbutâ & ſanitati injuriâ illos arcebo. Nec unquam, aut prece aut præmio victus, pharmacum calamitoſum propinabo cuiquam, nec nefarij hujus conſilij auctor ero unquam.

Ita nuſquam ingravidatæ mulieri peſſum abortiferum porrigam. Vitam artémq; meã caſtè & ſanctè ducam. Nec unquam ex calculo laborantes ipſe ſecabo: ſed his, qui ſe totos huic operi dicârunt, hoc officium permittam. Quascunq; ingrediar ædes, in his ægrorum commodis ſtudebo, ſtudioſeq; ulla injuria à me ne prudenter eveniat, cavebo, & ab omni corruptelâ, cùm aliâ, tum maximè venereâ me continebo; ſive corporibus fœmineis, maſculis, liberis aut ſervilibus medicinam fecero.

Quæ autem inter curandum viſu aut auditu notavero, vel extra medendi

arenam in communi hominum vitâ percepero, quæ non decet enunciare, ſilentio involuam & tanquam arcana illa æſtimabo. Itaq; inviolatâ integritate, ſanctè ſi hoc jusjurandum præſtitero, nec fallo, eveniat mihi fœliciter vita & hæc ars, atq; perpetuò gloria mea toto ſplendeat orbe. Sin periurus fefellero fidem, his votis adverſa eveniant omnia.

# INDEX.

## Affectuum præcipuorum in Pharmacopœia Auguſtana contentorum ſecundum ordinem Alphabeti.

### A.


Abortus. pagin. 2.
Abſceſſus. 1.
Alopecia. 4.
Alphus. 119.
Anaſarca. 105.
Angina. 9.
Anthrax. 159.
Apoplexia. 111.
Area. 27.
Arthritis. 13.
Aſcarides. 255.
Aſcites. 104.
Aſthma. 15.
Auditus gravis. 19.
Aurium Tinnitus. 18.

B.

## B.

Bubo in genere. pag. 20.
Bubo peſtilentialis. 175.
Bulimos ſeu fames Canina. 20.

## C.

Cacoëthe ſeu Vlcera maligna. pag. 264.
Cachexia. 20.
Cancer. 119.
Carbunculus ſeu Carbo. 174.
Carcinoma, Carcinon. 263.
Cardiaca. 41.
Catalepſis ſeu Catoche. 29.
Catharacta. 262.
Catarrhus. 30.
Cauſos ſeu febris ardens. 74.
Cephalalgia. 25.
Cephalæa. 26.
Cœliaca Paſſio. 124.
Chiragra. 184.
Cholera. 37.
Colica. ibid.
Condylomata. 10.
Convulſio. 40.
Cordis Palpitatio. 48.
Chymoſis. 157.
Cynanche. 9.

## D.

Diabetes. pagin. 270.
Dyſenteria. 55.
Dyſpnœa. 18.
Dyſuria. 268.

## E.

Empyema. pagin. 224.
Elephantiaſis. 118.
Ephialtes. 112.
Epilepſia. 57.
Eryſipelas ſeu Roſa 61.
Exanthemata. 62.

## F.

Febris ardens. pag. 74.
Hectica. 79.
Maligna & Peſtilens. 73.
Quartana. 79.
Quotidiana. 70.
Semitertiana. ibid.
Tertiana. 67.
Fracturæ Oſſium. 86.
Furunculus. 227.

G.

Gallicus morbus. pag. 137.
Gangræna. 215.
Gonagra. 184.
Gonorrhæa. 212.

H.

Hæmitritæus ſeu Febris ſemitertiana.pag.70.
Hæmoptoicus. 168.
Hæmoptyſis. ibid.
Hæmorrhagia narium. 90.
Hectica Febris. 79.
Hydrophobia. 105.
Hydrops. 101.
Hydrops ad matulam. 270.
Hypochyma. 262.
Hyſterica Paſſio. 107.

I.

Icterus. pagin. 108.
Iliaca Paſſio. 110.
Impetigo. 27. 119.
Incubus. 111.
Ionthi. 27.
Iſchiadica Paſſio. 116.
Iſchuria legitima. 271.

L.

Lentigo. pagin. 50.
Lepra. 118.
Lethargus. 120.
Leucophlegmatia. 105.
Lichen. 119.
Lippitudo. 155.
Lipothymia. 46.
Lues Venerea. 137.
Lypyria. 74.

M.

Malacia Prægnantium. pagin. 13.
Mania. 128.
Maraſmodes. 80.
Melancholia. 128.
Miſerere mei. 111.
Morbilli. 131.
Morbus Gallicus. 137.
Morphæa. 28.

N.

Nephritis ſeu Nephritica Paſſio. pag. 142.

O.

Obauditio. pagin. 19.
Ophio-

Ophiaſis. 5.
Ophtalmia. 155.
Opiſtotonos. 219.
Orthopnoea. 18.
Oſſium fracturæ. 86.
Oxyregmia. 204.
Ozœna. 140.

P.

Palpitatio cordis. pag. 48.
Paralyſis. 148.
Paſſio Cœliaca. 124.
Hyſterica. 107.
Iliaca. 110.
Iſchiadica. 116.
Nephritica. 142.
Peripneumonia. 169.
Peſtis ſeu Peſtilentia. ibidem.
Phrenitis. 175.
Phthiſis. 175.
Pleuritis vera. 180.
Podagra. 184.
Polypus. 140.
Prurigo ſeu Pruritus. 210.
Pſora. 120.

R.

Rhagades. pagin. 10.
Roſa ſeu Eryſipelas. 61.

S.

Scorbutus. pagin. 210.
Scotoma. 256.
Scrophula. 222.
Secundina & Secundæ. 86.
Serpigo. 210.
Singultus. 213.
Spaſmus. 217.
Cynicus. ibid.
Sphacelos. 215.
Strangulatio Vteri. 107.
Stranguria. 268.
Suffuſio. 262.
Surditas ſeu Cophoſis. 19.
Synanche. 10.
Syncope. 46.
Synocha Febris. 75.

T.

Tetanus. pagin. 219.
Tinea. 179.
Tinnitus & Sibilus aurium. 18.

To-

Tortura oris. 219.
Tremor. 225.
Tympanites. 105.

*V.*

Vari. pagin. 27.
Variolæ. 231.
Venerea Lues. 137.
Vertigo. 255.
Veternus. 120.
Vitiligo. 119.
Vrinæ ardor. 268.
Vrinæ profluviũ. 270.
Vrinæ ſtillicidium. 268.
Vteri ſtrangulatus. 107.

# Regiſter.

A.

Abgeſtandnes oder todtes Glied. pag. 215.
Alltägiges Fieber. 70.
Apoſtem. 1.
Augen-Flüß oder Trieſen mit brennen. 155.
Auffſteigung der Mutter. 107.
Auffſtoſſung deß Magens. 204.
Auſſatz. 118.

B.

Bauch-Grimmen. pag. 37.
Bein-Bruch. 86.
Blätterle in dem Mund der Knaben, 159.
Bluten auß der Naſen. 90.
Blut außwerffen oder außſpeyen. 168.
Blut-Geſchwer / Blut-Riß. 227.
Brennen deß Harns. 268.
Bruſt-Geſchwär. 180.
Bruſt-Zucker. 229.

C.

Catharr. pagin. 30.

D.

Därm-Gicht. pagin. 37.
Das Hinfallent. 57.
Der Staar. 262.
Dörſüchtiges Fieber. 79.
Dörſüchtiges Fieber / in Stein alten Leuthen. 80.
Dreytägiges Fieber. 67.
Durchbruch. 124.
Durchlauff der Speiſſen/ nur halb verkochet. ibid.

E.

Einſchrumpffung deß Geäders. pagin. 40.
Entzündung der Augen. 155.
Erſtöckung der Mutter. 107.

F.

Fallent-Sucht. pag. 57.
Feigen an den Hindern. 10.
Fell der Augen. 262.
Flecken. 231.
Fraiß der Kinder. 40.
Frantzoſen. 137.
Froſt-Beüln. 87.

G.

Gähliche Ohnmacht. pag. 46.
Gehörloß. 19.
Gelb-Sucht. 108.
Gemeine Bläterle in der Haut. 62.
Gewächs an der Naſen. 140.
Gewalt Gottes. 148.
Glider-Sucht. 13.
Glochfeüer. 61.
Grüeß. 142.
Gichtbruch 148.
Guldene Ruck-Ader. 10.

H.

Haar außfallen. 4.
Halßwehe. pagin. 9.
Harnwinde/kalte ſeüch. 268.

Har-

Harte Bindl oder Knollen am Hindern. 10.
Hartes Gehör. 19.
Hartes ſchlinden. 9.
Hartes ſchnauffen mit Raßlen und Pfeiffen durch die Lufft-Röhr. 15.
Haupt-Fluß. 30.
Hauptſchein. 26.
Heiſſer Brand. 215.
Hertz-Geſperr. 41.
Hertzklopffen oder Hertz-Zittern. 48.
Hitziges Fieber. 74.

## J.

Jucken / kleine Räuden / pagin. 210

## K.

Kalt-Vergicht. pagin. 116.
Kinder-Fraiß. 40.
Kinds-Blattern. 231.
Kleine Würm / wie in ſtinckenden faulẽ Käß. 255.
Khöl-Sucht. 9.
Koper deß Magens. 204
Kopffwehe. 25.
Kranckheit der Gall / ſo wol über- als under ſich. 37.
Krebs. 119.
Krampff. 217.
Kröpff. 222.
Kropffete Pintzgauer. 223.

## L.

Langwüriges Hauptwehe. pagin. 26.
Lend- und Hüfftwehe. 116
Lungenſucht / Lungen-Geſchwer. 175.

## M.

Melancholey. pag. 128
Meel-hund der Kinder. 179.
Milben in den Haaren. 179.

## N.

Nachgeburt. pag. 86.
Naſen-Bluten. 90

Nebli-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0310-6

Nebliſcher Schwindel vor den Augen. 256.
Nieren- und Ruckwehe. 142.
Nur ſitzend ſchnauffen können. 18.

P.

Peſtilentziſches Fieber. pagin. 73.
Peſtilentziſche Sucht/die laidige Peſt ſelbſt. 169

R.

Röte der Augen. p. 155.
Rothe Blätterle in den Angeſicht. 27.
Rothlauff. 61.
Rothe Ruhr. 55.

S.

Saure Grőltzer. p. 204
Sauſen und Brauſen der Ohren. 18.
Stethwehrendes Fieber. 75.
Scharbock. 210.
Schüppen deß Haupts. 27.
Schlaff-Sucht. 120.
Schlag. 11.
Schnäckler. 213.
Schrunden in Hindern. 10.
Schwangern Frauen/ ſeltzamer Geluſt. 13.
Schwartze Gelb-Sucht. 109.
Schwerer Athem. 15.
Schwermüthigkeit deß gantzen Leibs in dem ſchlaffen / als wann einen ein Trud ertrucken oder erſtöckē wolte. 111.
Schwindel. 118.
Schwündſüchtiges Fieber. 79.
Schwind-Sucht. 120.
Seitenſtechen. 180.
Siechthumb. 118.
Sommer-Sproſſen. 50.
Stuel-Zäpffel. 7.

T.

Taub-Sucht. pag. 175.
Tieffes und ſtinckendes Geſchwär der Naſen. 140.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0311-1

Tobende und wüttende Sucht. 128.

## V.

Vergifftes Fieber. pag. 17.
Verkrümmung der Glider. 40.
Verruckung der Augen. 157.
Verwicklung der kleinen und dünnen Därm. 110.
Verzörendes Fieber. 79.
Viertägigis Fieber. 69.
Vnauffhörendes Fieber. 75.
Vnnatürlicher groſſer Hunger. 20.
Vnſinnigkeit mit ſtetem Fieber. 148. 175.
Vnzeitige Geburt. 2.
Völlige Entzündung der Lung. 169.
Vble Leibs-Geſtalt. 20.

## W.

Wann man den Harn nit mehr behalten kan. 270.
Wann ſich der Harn gäntzlich verhalt. 271.
Waſſerſcheüche. 105.
Waſſer-Sucht. 101.

## Z.

Zäpffelwehe. pagin. 9.
Zeitig Geſchwär. 1.
Zipperle der Hand. 184.
Zitterach. 210.
Zittern der Glieder. 225.

F I N I S.

Omnia ad Majorem Dei Gloriam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0312-7
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0313-3

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0314-8

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0315-4

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0316-0

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0317-5

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0318-1
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0320-1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-30758-p0321-7
DFG